Bonum est argumentum a consequenti destructo.
11 *Ad destruendam consequentiam uniuersalem, sufficit dare instantiam.*
Si peccatum est soluere decimas cum diminutione maius peccatum est nihil soluere.
13 *Bonæfidei possessor tenetur ad restitutionem fructuum, ex quibus factus est locupletior. & ibi uide, quando præsumatur locupletior.*
Fructus naturales dicuntur, qui absque cultura, & impensa percipiuntur, sed a natura potius producuntur.
14 *Bonæfidei possessor tenetur ad fructuum naturalium restitutionem, quia ex eis factus est locupletior.*
Fructus usque ad triennium præscribi non possunt, & usque ad triennium præsumuntur extare.
Consuetudo contra præcepta moralia legis diuinæ non ualet, secus si contra præcepta iudicialia.

Respon. interpreta.

PRior Prioratus ecclesiæ sancti Petri de Menamenis,
qui ab antiquo solitus est hactenus percipere
decimas oĩum, & quorumcũque fructuum in territorio
dicti prioratus excrescentium exceptis, oliuarum, vult
de p̃nti petere & exigere decimas oliuarum ibidem excrescen-
tium. Sed possidentes ibi olueta, recusant illas soluere eo prętex
tu, quia a centum annis citra possident ibi olueta, & nunquam
soluerunt decimã oliuarum ibidem excrescentium. Et iõ posi-
to casu, q̃ decima de illis dẽretur, eandem præscripserunt, non
soluendo p tot tpa, cuius memoria in ꝯnum non extat. ¶ Quæ-
ritur, vtrũ possint cogi ad soluendum dictã decimam nõ obstã.
p̃scriptione, & ꝯsuetudine non soluendi per tot, tempora. ¶ Itẽ
posito casu, q̃ prædicta præscriptio, seu ꝯsuetudo nõ soluendi,
locũ hr̃et. Si quis hẽat p̃diũ, in quo crescat bladum, vel vinũ de
quib. debet decima & soluit, & cursu tpis alteretur conditio p̃-
dii, plantando videlicet arbores oliuarũ, aut in pratum conuer-
tendo. Quęritur vtrũ debeatur decima de iis rebus, uidelicet oli-
uis, & fœno, uel aliis rebus similibus, puta Zafrano, amigdalis,
nucibus, & cardonibus ad parandum pannos, de quib. nõ dẽtur
decima extante dicta præscriptione, seu cõsuetudine nõ soluẽdi.
¶ Itẽ posito casu, q̃ debeatur decima, an poterit peti, & exigi p
annis p̃teritis posito casu, q̃ debitores nõ fuerint requisiti, & in
terpellati tempore congruo de soluendo dictam decimam.
¶ Item posito casu, q̃ dẽatur decima de dictis oliuis, & aliis simi
libus rebus, de quib. non fuit soluta decima durante prædicto
tempore, an poterit exigi ad rationem ueræ decimæ, i. decimæ
partis? An uero ad rationẽ uigesimæ partis, ad quam prędictus.
Prior solutus fuit, & solet exigere decimas oĩum fructuũ in di-
cto

ro territorio excrescentiū? Quia propositę dubitationes notā-
dæ sunt & a Doctorib. sæpe discussę, paucis rñdebo. Et pro fun
1 damento præsuppono, q ē oliuarum, † & amigdalarum de-
betur decima de iure diuino, vt hr̄ Deuter. c. 14. ibi, Decima fru-
menti, vini, & olei, ac primogenita de armentis. & 18. & Leuiti.
c. fi. ibi, de fructib. arborum, quod ēt humano iure cōprobatum
fuit. c. ad apostolicæ, c. non est, de decimis. Quo p̄supposito rñ-
2 deo Menamenes non potuisse præscribere † libertatē a solutio-
ne decimarū olei, & amigdalarū, ēt per tp̄s immoderabile. Tum
quia, laici tenentur ad decimas rōne supremi dñii, quod est Dei,
nā terra est dñi, & eam dedit filiis hominum, retenta decimis in
signum maioris dñii, decimæ. c. reuertimini. 16. q. 1. c. tua. de deci-
mis. Vñ sicut emphyteuta nullo tp̄e præscribit ꝯ dñm. l. male a-
gitur. C. de prǫscr. trig. uel quadrag. anno. Ita filii hominum non
quā prǫscribent ꝯ Deū, eorum verum, & iustū dñm, & sicut pos
sidens precario, quia dño possidet. l. certe. §. 1. ff. de precar. & nō
☞ potest sibi præscribere s̄m gl. *communiter* receptam, in c. cū non
liceat, de præscr. Ita nec nos mortales, quia Deo tenemus oīa, &
animam, prǫscribere posse debemus. Nec n. subditis permissum
est præscribere ꝯ supremū dñm, s̄m Pan. in d. c. cum non liceat.
quare ergo licebit prǫscribere ꝯ Deū. qui est rex regum, & dñs
dominantium? Tū, quia is, qui decimas nō soluit, mala fide agit:
nam sacrilegiū cōmittit, c. qm̄ 16. q. 1. omniumq; prædonum crude-
litatem superat. c. decimas. 16. q. 7. ergo præscribere nequibit re-
3 sistēre peccato, & mala † fide. c. fi. de prǫscr. rḡa malęfidei de reg.
iur. lib. 6. & quanto magis decimaa retinet, tanto magis infęli-
cem animam affligit. c. quanto, de consi. Nam diuturnitas tp̄is
non minuit peccatum, sed auget, c. non satis. de symo. Solet etiā
pro hac s̄nia allegari tex. in c. cā n. de prǫscrip. sed parum facit,
quia loquitur in laicis uolentibus præscribere iura decimandi in
præiudicium ecclesiæ. Ita tñ oēs Canonistæ ibi concludunt post
Host. in Summa, de deci. uersi. an prǫscribi possint. Et Bald. fir-
mat in trac. præscr. 5. parte. & eadem quoque rōne non puto ua
4 lere consuetudinē non † soluendi decimas olei, & amigdalarū,
quia est nutritiua peccati. c. fin. & ꝯ ius diuinum & humanū ut
s̄. probatum fuit. & Exodi 25. Deuter. 14. Leuet. 27. Nume. 4. & c.
2. de deci. in 6. & in cle. de dec. per totum. ¶ Non obstat si dica-
tur, q plura iura uideantur determinare ꝯrium, uidelicet tex. in
c. cum sint homines, de deci. & c. ad apostolicę. & in c. fi. de pato.
quia ista iura loquuntur de consuetudine soluendi magis isti, q̄
illi ecclesiæ. Nos uero loquimur in consuetudine non soluendi
isti, nec illi ecclesiæ, quæ non ualet, quia est nutritiua peccati.
Non ēt obstat tex. in c. dilecti, eo. tit. ibi, de quib. decimas soluere
consueuerunt, quia non probat, nisi sumatur argumentum a ꝯ-
trio sensu, q hoc loco nō bene assumi pōt, tum quia stat simul,
q papa mādet solui decimā prædiorum. de quib. consueuerunt
soluere, & tñ nō approbet ꝯsuetudinē nō soluendi de ils de qb.
non consueuerunt soluere, uel quia de illis noluerint sibi cognī
tionē reseruare, uel quia potuerint de aliis soluere alia rōne, quā
rōne consuetudinis non soluendi, puta rōna priuilegii, quod ex
cusat non soluētes rōne aliquorū bonorū. c. quāuis, c. p̄hibemus
de dec. uel rōne transactionis, c. ex multipli. eo. tit. c. 2. ueniens, de
5 transa. Vñ q non licet † arguere a ꝯrio sensu, quoties resultat
sensus iniquus, s̄m Bar. & alios, in l. ꝯuenniculā, C. de epi. & cler.
Impium aūt est, & iniquū, q defendat consuetudo peccati nutri
tiua. d. c. fi. de ꝯsue. ergo &c. ¶ Nō āt aduersatur tex. in c. aliquib.
in fi. eo. ti. ibi, uel ex consuetudine loci approbata, quia loquitur
de cōsuetudine soluēdi alias decimas ultra eas, quæ de lege diui-
na dēntur, non aūt de consuetudine non soluendi decimas Deo
debitas, ita intelligunt illū tex. Host. d. Ant. & Pan. ibi uel aliter
6 potest rñderi, q loquitur de † cōsuetudine loci approbata transā
ctione, uel priuilegio. Papę. q̄ pp titulum defenditur, ut s̄. dictum
fuit. ¶ Et q non sit recipienda consuetudo non soluendi deci-
mas in totum, vel in parte, firmat Host. in Summa de deci. §. 7. q̄-
ritur. Gem. & Perus. in c. 3. de dec. in 6. ubi Gem. inqt, nō uale ta
lem consuetudinē, ēt si papa sciuerit, aut tolerauerit. Idem tenēt
☞ d. Ant. Host. Pan. & alii *citer* in d. c. in aliquib. & in d. c. ad apo-
stolicę, post Inn. & Card. ibi. & Car. in cle. 1. q. 6 de pœnis. Henr.
Boic. in d. c. ex multiplici. Fel. qui alias adducit auctoritates, in d.
c. cām, col. 1. & ultra eundē, idē respondet Alex. consi. 60. Rom.
ecclesia. lib. 4. & hanc dicit esse cōmunem Doctorum sententiā
Do. pręceptor meus, Rochus Curtius, in d. c. fi. col 6. de cōsuet.
quam verissimam arbitror, quantum ad decimas prædiales, de
quibus nunc agitur, sed quantum ad personales, contraria s̄nia
verior est, & crebrior, vt ex auctoritatib. præallegatis colligi faci
le potest. Sunt etiam, qui dīt valere consuetudinem super quo-
ta, licet non valeat super tota, quia sufficit, q Deus recognoscat
in aliquo, s̄m Imo. in c. statuimus. col. fi. de transac. quod non di
scutio, quia in occurrenti casu agitur de consuetudine nihil sol-
uendi de oliuis, & amigdalis, pro quib. conuenit, vt etiam Deus
recognoscatur, Concludo itaq;, Menamenes cogi posse ad solu
tionem decimarū, præscriptione, & consuetudine non obstan-
tib. Et si instetur, q Menamenes non se tueantur clypeo præscri
ptionis, uel consuetudinis, sed priuilegii, aut trāsactionis, ad quę
probanda producunt cōsuetudinem tp̄is immemorabilis, ex
cuius cursu tp̄is præsumitur priuilegium, uel transactio. Si alle-
getur c. cum apostolica, ubi Bal. Card. & Imo. notant, de his, q̄
fi. a præl. & docet Bar. in l. cum de in rem verso, ff. de vio. Aot.
& Pan. in c. peruenit. de censi. Old. consi. 296. Ale. consi. 6. lib. 1.
consi. 84. col. 5. & in terminis consuluit Raph. Cu. consi. 84 qa
cā decimalis. & Raph. Fulgo. consi. 166. In qōne, quæ vertitur
quia rñdetur dupliciter. Primo si uerum est, vt præsupponitur,
q nondum sunt centum anni, q oliueta, & amigdalę fructum
fecerint in terra illa, falsum est assumptum, q decursum sit tem
17 pus immemorabile. Oportet enim q decursi sint centū † anni
ad hoc vt dicatur non extare, vel extare memoriam hominū,
s̄m Inno. Host. & Car. in c. quid per nonale. de uerb. sig. ubi do-
cent modum probandi, non extare hominis memoriam, & do
cet etiam Spec. de prob. §. 1. versi. vlt. sequitur, & sequ. Secundo
respondetur, quòd non est satis probare, & allegare cursum
centum annorum, & vltra, nisi etiam probetur, & allegetur fa
ma priuilegii, seu transactionis, secundum Car. & Fel. in d. c. a.
§. sicut. de deci. Fel. in c. accedens. col. 4. de præscr. & licet Bald.
in d. tractatu dicat Doct. cōiter sentire ꝯrium, tñ concordantur
18 † distinguendo inter specialem, & determinatam famam priui
legii habiti a tali Potifice, aut transactionis initæ cum tali pręla
to, nam probatio talis specificæ famæ, videtur quodammodo
impossibilis. Et isto modo procedat ꝯ opinionem Bal. & sequa
cium, & famam indeterminatam priuilegii, & tunc procedat
opinio nostra, nam facile probari potest, q fama est non soluis
se Menamenes, quia priuilegiati fuisse dñr. Alioquin si dicere-
mus, sufficere cursum tp̄is absque probatione famæ in genere,
nunquam procederet, nec verificari posset communis, & uera
s̄nia Doctorum, q libertas decimas soluendi præscribi non pōt
ēt cursu annorum mille, quia semper allegabitur priuilegium,
& hoc modo prohibitio pręscriptionis erit uentosa, & verba-
lis ꝯ l. a. C. communia, de leg. & cum causa. de elec. & dabitur oc
casio fraudibus, & malitiis, contra l. venite. ff. de pac. dot. c. sedes
de rescr. Ideo amplectenda mihi videtur huiusmodi distinctio,
quę æquissima est & hominū malitiis occurrit, quam uisa fuit
amplecti Capella Tholo. decis. 439. incip. item fuit quęsitum, &
ego quoque amplexus sum in c. a. colum. fi. de iud. Sed posita
parte affirmatiua in pręcedenti, quęritur secundo, an saltem de
beatur decima de oliuis, & amigdalis prędiorum, quę erāt cul
tiuata, vel uineata, seu uitibus plena, de quibus decima solui cō
sueuit? videretur decimam deberi, per text. in c. commissum. de
deci. vbi dicitur, q si pascua cōuersa sunt in terras cultas, vel do
mus in uineas soluēda est decima, sicut prius soluebatur: & ecō
tra, si prius non soluebantur, non etiam modo soluenda uide-
tur. Cum igitur prius de uino, & frumento dictorum prędio-
rum solueretur decima, de oliuetis, & amigdalis nunc quoque
soluenda videtur. & pro hac senteotia facit, quia non licet em
phyteutę mutare formam rei, puta reducere formam in uineā
& domū ad aream, s̄m Flora. in l. hactenus, §. Cassius, ff. de vsu
fru. Ias. in l. 1. col. pen. C. de iur. emph. ergo noo etiam licuisse v
Menamansibus mutare uineas, & culturas in oliueta, in pręiu
dicium ecclesię. Tertio facit tex. in l. repeti. §. fin. ff. quibus mod
ususfruc. amit. in l. si eo loco, §. fructuarius, ff. si seru. uendi. ubi d
icitur quod proprietarius, qui mutauit formam rei in damnum
vsufructuarii, de dolo actione tenetur, quia eius facto extinctū
fuit ius utendi fruendique. Sic quoque nunc dicendum videtur
in casu pręsenti, ut de dolo teneantur Menamenses, quia eorū
facto extinctum foret ius decimandi. In contrarium facit, quia
si oliueta, de quib. nulla debetur decima, reducta fuissent in vi-
neas, uel terram cultam, soluenda foret decima vini & bladi, ut
decidit Card. Flor. in clem. 1. q. vi. de deci. ergo ita dicendum e-
contra, ut ita se habeat oppositum in opposito, sicut proposi-
tum in proposito, capitu. cognosceotes. de constitu. l. fin. §. fin.
ff. de lega. 3. ¶ Et quia contrarium eadem est disciplina, l. 1. ff.
de iis qui sunt sui, vel alie. iur. cum concor. Quid tenendum? mi
hi uidetur inspiciendam esse mentem Menasimensium, nam
19 si mutauerint in fraudem, eos teneri puto, aliter non. Ita vult &
Card. Flo. in d. capit. commissum. ad fin. post Hosti. Ad cogno-
scendum autem, vtrum mutauerint in fraudem puto inspicien-
dam fore naturam prædiorum. nam si aptiora sui natura sint
ad vineas, & culturam, quam ad amigdalas & oliueta, constat
de dolo, quia commodo eorum constat non fuisse mutatam
formam pędictorum, si uero magis conueniant oliuetis, & a-
migdalis, tunc non crēderem conuersionem factam in frau-
dem, quia licuit eis mutare, & conuertere formam, d. capitulo,
commissum, & suo commodo matarunt, ergo nihil propo-
nitur, cur pręsumenda sit fraus, vel dolus, qui regulariter
non pręsumitur, nisi probetur. l. quoties, §. qui dolo, ff. de
probat. nec ex hac mutatione potest ecclesia pretendere lę-
sionem, cum non sit receptura decimas eorum prędiorum,
de quibus non debentur, si commodo incolarum redigantur
ad culturam, vel vineas, argumen. l. fideicommis. C. de transa-
ctio. & l. si pater puellę C. de inoffi. testa. ¶ Ad tertium respon-
det

det Hoſt.in Summa,de deci.verſi.8.queritur,vbi dicit,ad prete-
10 ritas † decimas cogi poſſe, conſuetudine non obſtãte,licet pau-
peribus ſint remittẽdę, donec ad pinguiorem fortunam per-
uenerint,per tex.in c.cum homines.ibi, & de retentis ſatisfactio
nem facere procurent,de deci. Ad idem tex.clariſſimus in c.oẽs
decimæ,xvi.q 8. & ad hoc iura abundant. In ꝯtium facit, quod
decidit idem Hoſt.in c.a nobis col.pen.eo.tit. de deci. vbi dicit,
Papam cenſeri diſpenſaſſe quo ad pteritas, ne tot animæ rema-
neant illaqueatę. ſequitur Pan.in d.c.in aliquibus, & clarius in
Summa Ang. verſi.decima.il 2. Item pro hac parte facit, quia
decimę vñr debitæ ſi petantur,ſm Arch.in c.1.de deci.lib 6.er-
go debitor non condẽnabitur a tpe petitionis. Hanc ꝯñtiam
in terminis facit Rota de deciſiu.xxv.in antiquis.ſequitur Fel.in
c.ſi autem,colum.4. de reſcrip. quod etiam ſequitur Bal.cum
temperamento,ſi ita ſe habeat conſuetudo, ꝙ non debeantur,
ſi non petantur;quaſi cenſeatur, ꝙ de iure debeantur ẽt ſi peti-
tę non fuerint. Ita concludit in d. trac.in 7.q. primæ particulę
quotæ partis principalis.quod vltimũ,ſ.ꝙ debeantur,ẽt ſi non
petantur, veriſſimum mihi vr̃. quia decima vr̃ eſſe in dominio
eccleſiæ,c.tua nobis,& ibi no.Pan.de deci.in ũñ,ꝙ põt vendica
ri,& pro eis agi ꝯ nouum,& tertiũ poſſeſſorẽ,quia pro decimis
res ipſa, ſeu fundus obligatus eſt, ſicut pro tributo, vt conclu-
dũt Hoſt.Io.And.Pan.& alij,in c.paſtoralis, de deci.nec eſt bo-
na ꝯñtia,ꝗ facit Rota. Ita debentur ſi petantur, ergo non tene-
tur poſſeſſor ad pteritas,ſed ſolũ a die petitionis. quod ſic oñdi-
tur,non tenentur fratres ſororibus ad ſupplementum litæ,niſi
petatur,l ſcimus. C.de inoffi. teſta. & tñ cum primum petitur,
non ſolum tenentur ad fructus perceptos poſt petitionẽ, ſed ẽt
ad oẽs præteritos,l.Papinianus,§.vnde ſi quis.ff.de inoff. teſta.
& firmat Fabia.in repe.auth.nouiſſima,in 7.q. C.de inoff. teſta.
Card.Flor.conſi.80.ppuppoſito ſtatuto. Alex.conſi.69.ſuper
primo,lib.1.Cor.conſi.265.circa primum,col.1.li.1.& cõſi. 265.
in hac col.fi.lib.3. Similiter emphytheuta cum cadit in cõmiſ-
ſum,non tenetur ad fructus rei,quę cecidit in commiſſum,niſi
petatur,l.2.C.de iure emphy.& tñ ſi petatur, tenetur ad fructus
retro perceptos a die commiſſi,ſm Spec.tit.de loca.§.nunc ali-
11 qua.verſi.1.Ex his deſtruitur premiſſa ꝯñtia, ad ꝗ † deſtruendã
ſufficit dare inſtantiam,§.pauonum.Inſti.de re.diui.no.per glo.
12 in c.ſicut vrget.1.q 1.& in l.ſi veniri,ff.de priuil.credi.vnde mi-
hi vr̃ aliter dđm. Aut † quęritur,an tertius poſſeſſor poſſit con-
ueniri ad decimas pteritas ab alio perceptas, & tunc refert,qua
actione agatur,nam actione perſonali conueniri non põt,l.pri
ma,§.ſi hr̃s ff.ad Treb.l.fi.ff.de ꝯhen.empt.an vero reali,videli-
cet hypothecaria, & tunc licet multi teneant eum conueniri
poſſe,vt traditur in d.c.paſtoralis.Tamen ſtante conſuetudine,
dicerem ꝯ eos non poſſe hypothecaria conueniri, maxime ſi
petitę non fuerint eo tpe,quo alius poſſidebat,& iſto caſu pro-
cedit opinio Rotæ, & ſequacium. Aut quęritur, an is qui deci-
mas non ſoluit, ſed retinuit,poſſit conueniri ad retentas deci-
mas,& puto intrepide eum teneri per iura,& rõnes pręallega-
tas Nam ſi peccatum eſt eum deminutione ſoluiſſe,c.ex parte.
de deci. vtique peccatum eſt nihil ſoluiſſe. Sed poſito,ꝙ ita de-
mum deberentur,ſi petantur,adhuc is qui eas retinuit,dẽt cum
petuntur,perſoluere,ſi aliud non alleget,niſi ꝙ petitæ non fue-
rint,d.l.ſcimus.& ſi dicatur,ꝙ ſint in bona fide donec fuerint pe
titæ,admittantur,ſi velis.Quid ergo ſequitur?dices ſequi acqui-
ſitionem fructuum,quos bonæfidei poſſeſſor facit ſuos,vt nota
tur per glo.& alios.in l.fructus.ff.de rei vend.Reſpõ.verum,niſi
13 ſit factus † locupletior, ſm Bart. & oẽs ibi Pan.& can.in c.gra-
uis, de reſtit.ſpol. In dubio aũt pſumitur factus locupletior ex
perceptione fructuum,ſm glo.ꝗ ibi ſummè notat ad hoc Ang.
in l.vtrum.ff.de pet.hęredi.& iſtud verius eſt,ꝗ id qđ dicit idem
Ang.in conſi.160.D.Catherina,col.fi. vbi dicit ꝯtrum, & male.
& ꝙ in dubio pſumatur factus locupletior,quatenus fructus va
luerint,firmat d.Alex.conſi.63.col.2 lib.2.& Soc.conſi.82.lib.
4 Pręterea conſtat,ꝙ amigdalę ſunt fructus nãles, quia abſque
cultura,& impenſa percipiunt,vt poma,in quib.plus operatur
nã,ꝗ induſtria.l.ſi fetus fundi,ff.de rei vendi.no.per gl.& Bart.in
14 l.ex diuerſo.ff.eo.tit. Ad reſtitutionem aũt fructuum † nãlium
tenetur ẽt bonæfidei poſſeſſor,ſm gl.& Bart.& alios, in d.l.&
ex diuerſo. & Pan.in d. c.grauis. probať in l fructus.ff.de vſur.
At dicetur fructus fuiſſe a bonęfidei poſſeſſore pſcriptos,quod
qualiter in hoc caſu dici non poſſit, non video, cum poſſeſſor
ſciat ſe dẽre,ſaltẽ ſi petentur;atñ nullus negabit,fructus a trien
nio circa perceptos dẽri,quia antea pſcribi nõ potuerunt.l.ſe-
quitur §.fructus.ff. de viucap.& viuque ad triennium pſumunť
extare,qa tpe durare põt,ſm glo.in l.1. C.de aduer. viucap. vbi
Bald.& no.Ang.& Imo.in l.diuortio.§.interdum.ff.ſol.mat.&
in l.5.in §.quęſitum fuit,ff.ad Treb.Ad vltimum dico,de oliuis,
& amigdalis deberi vigeſimam, ſicut conſuetum eſt ſolui de
alijs fructibus,quia licet non valeat conſuetudo, ꝙ non ſoluať
15 decima,valet † tñ, vt ſoluatur alia quota,ꝗ decima. & ratio di-
uerſitatis eſt,qa ꝙ ſoluatur aliquid,& ſic recognoſcatur Deus,
eſt pręceptũ morale & iudiciale, ſed ꝙ ſoluatur decimas ma-
gis alia quota, eſt pceptom iudiciale duntaxat. ꝯtra autem pcepta
moralia legis diuinæ non valet conſuetudo,d.c.fi.& ſupra pro
batũ fuit,ſed bene valet ꝯ precepta iudicialia, quia talia ſunt iu-
ris poſitiui,ſm Hoſt.in locis pallег.Imo.in d. c.ſtatuimus. Pan.
in d.c.in aliquib.clarius in d. Summa verſi.a.§.decima. Nec di-
catur,ꝙ conſuetudo nunꝗ fuit de olim ſoluere vigeſimam,ſed
de alijs fructibus quia tñcetur,ꝙ conſuetudo de alijs extenden-
16 da eſt ad oliuas, & amigdala, quia datur rõ † diuerſitatis,ergo
ex vi rõnis idem eſt in oliuis dđm, per ea, quæ traduntur per
Rochum Curtium in d.c.fi.Card.xvij verſi.vltimo limitatur,&
ẽt quia reſpectu decimę amigdala,& oliuæ equiparantur a le-
ge veteri cæteris fructibus,vt ſup.probatum fuit,ergo conſuetu
do ſuperueniens ſuper alijs fructib. habebit locum ẽt in oliuis,
& amigdalis,ſm glo.& Bart.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de
furt.& Rochum vbi ſup.verſi.3.limitatur.Ita iuris eſſe reſpon-
deo ego Francil.de Sancto Nazario.

De iure patronatus.

RESPONSVM I.

NVlliter Facta prima fronte vr̃ pręſentatio & in
ſtõ in fauorem Claudij Robertell, tum
quia patroni non ſemel conuenerunt,nec ſimul eũ-
dem pſentauerunt:tum ẽt quia pñtatus,& inſtitutus
fuit anteꝗ beneficium vacaret ꝯ conſtõnem c.1.de conce. pben.
Verum enim vero cum iſte Claudius a maiori parte patrono
rum & pñtatus,& inſtitutus fuerit,neminem latet cętetis pñta-
tis,& inſtitutis anteponendum, non obſtantiſhbus ex aduerſo
adductis:quia patroni ex cõi ſnĩa,nec ſimul conuenire,nec pñta
re tenentur;nec qui ignoranter ad beneficium ex ſama publica
vacans præſentatus,& inſtitutus fuit,inhabilis dici poteſt;quia
ignorantia & ſama publica excuſantur a pœna & dolo,& ma-
xime cum inſtitutus ſub hac conditione ſi vacat,inſtitutus non
dicatur,ſi per rerum naturam non vacet.

SVMMARIVM.

1 *Patroni in præſentando,an teneantur ſimul conuenire,& ſimul præſen-
tare.& vide num.4.*
2 *Præſentatio,& inſtitutio ad beneficium antequam vacet,eſt nulla,& prę
ſentatus ad huiuſmodi beneficium, an ſit inhabilis ad illud obtinendũ.*
3 *Præſentatus & inſtitutus a maiori parte patronorum, an alijs præſenta-
tis,& inſtitutus ſit præferendus.*
5 *Intellectus c.1.de conceſ.præben explicatur & vide nu.7.*
6 *Ignorantia iuncta cum fama publica,excuſat a dolo,& pęna.*

Reſpon.Interpreta.

Videretur Ex duobus,quòd pñtatio, & inſtõ in ſauo-
rem Claudij Robertell nihil valeat. Primo,
quia pñtatio eiuſ.Claudij facta fuit contempto, & non vocato
Nicolao Torquo, hñte maiorem partem iuris pronatus: vn-
1 de vr̃ nulliter facta, quia in pñtando, † patroni ẽt laici dẽnt ſi-
mul conuenire,& ſimul pñtare, ſecundum Pan.c.qm̃, de iure
patr.in fi.& in c.cum omnes,col pen.de conſt.& in c.in Geneſi.
col.pen. & in c.venerabilem,in 13.nota.de electi. Fel.in d.cap.
cum omnes.moti, quia etiam in actu,qui expeditur à pluribus
vt ſinguli,vnus poteſt alterum trahere in ſuam ſententiam,er
go ſimul actus expedien. vr̃, ſecundum Bar.in l. omnes populi,
ff.de iuſt.& iur. Secundo ex alio non videtur valere,quia idem
Claudius ab eiſdem patronis,antequàm vacaret fuit præſenta-
tus, & inſtitutus, & ꝯſequenter effectus fuit inhabilis ad ipſum
2 beneficium poſtea obtinendum,c.1.de ꝯceſ. præben. † Pręmiſ
ſis non obſtantibus,teneo intrepidè pñtationem, & inſtitutio-
nem valere, tanquàm factam à maiori parte patronorũ, ideo
3 cenſeo Claudium omnibus alijs † anteponendum eſſe, cap.3.
de iure patr.cum ſimilibus.ad contraria rñdeo clariſſimè. Ad
☞ primum reſpondeo, quòd *cõis* opin.eſt contra Pan. † quod
4 patroni poſſint ſeparatim pñtare, nec vnus alterum tenetur re
quirere,ita concludit Ioan.An.Ant.Car.& omnes alij,in d.c.3.
Fed.de Senis conſi.202.nobilis quidam. Cal. conſ.9. & conſil.
15.ſub ti.de iure pat.& Pan. ſibi contrarius,conſi. 76. inuocato
Chriſti auxilio.lib.1.vbi atteſtatur,quod iſta opin.eſt commu-
nis,& quod in practica obſeruatur.& ſequitur Dec.in d.c.cum
omnes. vbi etiam dicit, quod iſta opi. contra Abb.eſt commu-
nis,& reſpondet ad rationem ſupra factam, quod procedit in
iudicialib.tantum.vel aliter reſpondetur,quod opin. Pan.proce
deret ſi patronus non vocatus inſtaret proſequendo contẽptũ,
vt pñtatio ſine ipſo facta irritet, ſecus ſi eam ratificauerit, ſm
Rochum in trac.de iur.patr.in ver.honorificum q.1x.circa me-
dium.& vlt.a eum ꝯprobatur,quia elect.ratificata ab iis,qui nõ
fuerunt vocati,valet,& manutenenda eſt, ſm Pan. in c. audit: s,
& in c.ꝙ ſicut,de el.& ꝙ ratifican poſſit præſentatio ab iis,ꝗ ñ

pſtationi nō interfuerūt, pbat ex iis, q̄ dixit Io. And. ī c. i. p vřas.
de iure patr. vbi concludit, q̄ collatio facta ab Ep̄o ſine ꝯſenſu
patroni, quæ eſt ipſo iure nulla, c. decernimus, 16 q. 7. manute-
nenda eſt, ſi patronus poſtea eā ratificauerit, & ſequitur Gem.
conſi. 45. conſuetudo eſt Mutinę col. fi. Ad ſm tñdeo, q̄ diſpō
5 d. c. 1. de conceſ. p̄b. procedit † in eo, qui ſcienter ꝓmotus fuit
ad bñficium viuentis, ſecus in eo, qui fuit ignoranter inſtitutus &
pñtatus ad bñficium illius, quem credebant eſſe mortuum, ſm
glo. Hoſt. Car. & *cōiter* oēs, in d. c. 1. p illū tex. ver. pellendi. rō eſt,
quia ignorans nō deliquit, & ꝯñt non eſt puniendus, l. ſi igno
rans. ff. loca. l. ex maleficijs. § 1. de act. & obl. c. 2. de conſti. c. pñ-
tium, 7 q. 1. c. in lectum, 34. q. 1. Et ſi dicatur dēt ſibi imputari, qui
non inueſtigauit, an intitulatus in illo beneficio viueret, arg. l.
qui cum alio, ff. de reg. iur. paria enim vřt, ſcire, vel ſcire dēre l.
ſi duo. ff. de acq her. & debuit in dubio credere eū eſſe viuum,
q̄a quilibet p̄ſumitur viuere vſq; ad cētum annos, l. fi. C. de ſac.
ſan eccl vnde cum p̄ſumptio ſit ꝯ Claudium, q̄ ſciret, vel ſcire
deberet, p̄deceſſorē ſuum adhuc viuere, non vř excuſandus, niſi
iuſtam cām adducat, quare credere debuerit illū eſſe mortuū,
& illam cām probet. Sed ad iſtud ēt tñdetur, q̄ Claudius addu-
xit, & probauit famā publicam eſſe in eo loco, q̄ ille erat mor-
6 tuus; quæ publica fama p̄ſtat iuſtam cām credulitatis ad † excu
ſandum ꝓmotum a pęna, d. c. 1. de conceſ. p̄b. ſm Old. qui in pro
prijs terminis ita conſuluit. conſi. 304. in inſtaſcriptæ allegatio-
nes. Nam fama, q̄ aliquis ſit mortuus (q̄a naturæ conſonat) cre
dibilis eſt. l. fi. ff. de hær. inſtit. l. 1. eum ſeq. ff. quis ord. in bon. poſ.
ſerue. & iſtam deciſ. Old. refert, & ſequitur Fel. in c. in nřa. de re
ſcrip. Facit, q̄ fama excuſat a dolo, l. cum quidam §. quod dř. ff.
de acq. hřd. & excuſat a delicto, c. quia veriſimile, in ver. loci fa-
ma. & ibi Fel. de p̄ſump. l. mulier. ff. de adulr. Scdo tñdeť, q̄ di-
7 ſpoſitio d. c. 1. procedit, † qñ quis fuit promotus ad beneficiū vi-
uentis purè, & ſimpliciter, ſecus ſi fuit ꝓmotus ſub ꝯdōne, ſi va
cat, ſm glo. *cōiter* approbatam, in c. x. de elect. lib. 6. Et iſtud ma-
xime procedit in pręſentationibus, in quib. admittuntur vota
patronorum incerta, cle. fi. de iure pat. & ꝯdōnalia, ſm Lap. alle.
8. quem ſequuntur Gem. & Peruſi. in d. c. a. & licet Rochus in
tract. de iure pat. in ver. honorificū, in 8. q. teneat, q̄ diſpō d. c. 1.
ēt habeat locum in pñtationibus, tñ de eo nō eſt curandum, q̄a
ſolus eſt, & quia mouetur mala ratione; licet enim patroni te-
neantur p̄ſentare intra quatuor menſes, non tñ ſequitur, ergo
non pñt intra quadrimeſtre præſentare ſub condōne. Præterea
quicquid ſit, an diſpoſitio d cap. procedat in p̄ſentationibus, tñ
nihil ad caſum noſtrum, videlicet in conditione ſi vacat, quia
illa non tenet p̄ſentationem, neque electionem, vel inſtōnem
in ſuſpenſo, cum ſit de præſenti certa per rerum nām. ſi enim
tunc non vacat, non dř pręſentatus neque inſtitutus, & ꝯñt non
poteſt hīc locum pœna d. c. 1. quod loquitur in promoto ad
beneficium viuentis, cum promotus ſub conditione, ſi vacat,
non cenſeatur promotus, vbi non vacet, l. cum ad præſens,
ff. ſi certum petatur. Laus Deo.

¶ De eccleſiis ędificandis, vel reparan.

RESPONSVM I.

Beneficiati Omnes quartā partem redditum bñfi-
ciorum ſuorum exponere debent pro
reparatione eccleſiarum ſibi creditarum, niſi conſuetudo
onus fabricę in ſingulos clericos, vel populū tranſtulerint; nam
hmōi conſuetudo ſeruanda eſt, & impenſæ neceſſariæ, ſiue vti-
les, per populū ad id non aſtrictum pro reparatione eccleſiarū
factæ, actione vel negotiorum geſtorū, vel in factum repeti
pñt. Heres defunctorū nullo iure cogi pñt clericis prō lecto ſe-
pulturæ ſatisfacere, ita Inno. iij. Alexanderq; iij. rectè ſanctiq;
ſtatuerunt. Quinimo nec pro ſepultura quicq̄ exigi licere ēt a
ſponte dantibus, hoc vno probatur argumento, ne qui pro ſpi-
ritualib. dat temporale, credat domum Dei pecunia compara-
re poſſe, quo nihil abſurdius conningere poſſet.

SVMMARIVM.

Quarta pars redditum beneficiorum applicanda eſt pro fabrica eorum,
2 *Onus fabricæ eccleſiarum, in populum transferri poteſt ex conſuetudine,*
3 *An quæ vtiliter a populo impenſa ſunt, pro refectione eccleſiarum repeti
poſſunt*
4 *Pro ſepultura defuncti quicquam clericis exigere non licet, etiam ſi ipſis
ſponte detur, & ibi vide, an valeat conſuetudo in contrarium.*

Reſpon. interpreta.

Quæritur Primo, an prior de Bouilis teneatur repara-
re eccleſiam? Ad quod breuiter reſpondeo,
1 quod tenetur conuertere quartam † partem redditum prio-
ratus in fabricam eccleſiæ. capitulo quatuor. cap. ſeq. xij. q. 2. c.
1. cap. de his. extra de eccleſi. ędif. Nec enim ferendus eſt prior,
qui lucrum amplectitur, & onus fabricę ſubire recuſat. l.
manifeſtiſſimi, §. pen. C. de fur. quod verum eſt, niſi conſuetu
2 do † onus fabricæ tranſtuliſſet in populū, ſm Inn. in c. fi. de his,
q̄ fi. a mai. par. c. quem ſequuntur Car. Flo. Hoſt. & Pan. in c. 1. e.
tit. Quęritur ſecundo, an prior teneatur ad impenſas iam factas?
3 ad hoc ēt reſpondeo, q̄ † ſi utiliter, & non animo donandi po-
pulus fecit impenſas, actione negotiorū geſtorū, vel actione in
factū repetere poterūt ab ipſo Priore. l. ſi quis negotia, la 2. & l.
ſed an ultrò. §. 1. & l. q̄ utiliter. ff de neg geſt. ¶ Quæritur tertio,
& vlt. an hæredes, defunctorū cogi pñt ſoluere lectum ſepultu-
ræ ad qđ rñdet Inn. iij. in hęc verba, Abolendę ꝯſuetudinis per-
uerſitas inoleuit apud Montem Peſſulanū, vt non prius permitta-
tař effodi ſepultura, q̄ pro lecto ſepulturæ certū pretiū eccleſiæ
4 p̄ſoluatur, idō nbi Magalonenſi ep̄o mandamus, quatenus † inhi
beas clericis tuæ diœceſis, ne quicq̄ oīno p̄ſumant exigere hac de
cā. Ita cantat tex. in c. abolendę, de ſepul. ǭltē determinauit Alex.
iij. ita inquiens, Pro ſepultura nulla cuiuſq; pretii exactio atten-
teř, nec ſub obtentu cuiuſq; cōſuetudinis reatū ſuū quiſpiā tuea
tur, quia diuturnitas tp̄is non diminuit peccata, ſed auget, ita le-
gitur in c. nō ſatis & c. ſeq. de ſimo. Imo alias ego rñdi pro ſepul
tura ex more quicq̄ exigendum non eſſe, ēt q̄ exactum ſoleat in
anniuerſariū a prælato cōuerti, quia vitiū ſimoniæ, q̄ malè acci
piendo ꝯhitur, bene diſpenſando non diſſoluitur, c. ex multis, 1.
q 3. Quinimò ſacerdoti non puto licere quicquam pro ſepultu
ra capere, ēt a ſponte dantib. quia qui pro ſpiritualib. dat tpale,
credit domū Dei pecunia ꝯparare, ēt q̄ ultrò offerat, & accipiens
terrena pro diuinis, gratiā ſancti ſpūs a ſe abdicat. d. c. ex multis.
1. q 3. & ita late probaui in trac. de peſte, in §. accedo nunc ad vlti
mā partē, nu. 108. & ſeq. ver. 3. q̄ro, an liceat parochiali ſacerdo-
ti. & ad ibi dicta me remitto, nā ea puto veriſſima. Laus Deo.

RESPONSVM II.

QVia Conſuetudo (vt proponitur) onus fabricæ in
laicos nondum tranſtulit, iñdico de eccleſiaſti-
cis reddīb. eccleſiam reficiendam. Quilibet. n. in eccle
ſia Dei beneficiatus, ſecundū nouas, veteres q; ſacrorū
canonum traditiones, quartam partē redditus ſui beneficii in fa
bricam eccleſiæ conuertere tenetur. ¶ Si gabella uini pro muro
rum, pontium, fontium, viarūq; publicarum reparationib. ſit in-
ſtituta, aut laudo, tranſactione ve clerici ab his onerib. fuerint ea
lege liberati, ut vini datium ſoluerent, inique agit Præpoſitus,
qui contendit minutatim uinum vendere abſque ſolutione ga-
bellæ. Et quāquam a gabella Præpoſitus immunis eſſet, eius ta-
men colonus nulla poteſt ratione ab huiuſmodi dario ſe defen
dere, cum vinum, pro quo gabella debetur, eccleſiæ eſſe deſie-
rit, cumque æquum non ſit eum, qui negociatur, perfrui eccle-
ſiaſtica immunitate.

SVMMARIVM.

1 *Omni fabricæ, & refectionis eccleſiæ, regulariter ſpectat ad prælatum.*
2 *Laici non tenentur de iure aliquid erogare in fabricam, uel refectionem
eccleſiarum, canonici uero, & capellani tenentur pro rata redditum,
nume. 3.*
4 *Præpoſitus non tenetur ſoluere datium uini, quod ex uineis eccleſia per-
cipit.*
5 *Prælatus tranſigēns, an poſſit obligare ſucceſſores?*
6 *Eccleſia tenetur ad onera, communem utilitatem concernentia.*
7 *Clerici poſſunt compelli ad ſolutionem datij vini, impoſiti pro oneribus
ad quæ tenetur eccleſia.*
8 *Prælatus non poteſt ſine conſenſu Papæ renunciare priuilegio exemptio-
nis, nec de ipſo compromittere.*
9 *Prælato licitum eſt rem uiliorem cum precioſiore, permutare ſine conſen
ſu capit.*
10 *Papa poteſt concedere laicis facultatem collectandi, & taliandi clericos,
& ecc.*
11 *Papæ conſenſum neceſſarium ad ualiditatem actus interueniſſe præſumi
tur ex curſu temporis.*
12 *Conductores prædiorum fiſcalium, & Cæſaris, gaudent immunitate.*
13 *Statutum, quod colonus eccleſiæ, teneatur ſoluere collectas pro eccleſia, nō
ualet, & quid de emphyteuta eccleſiarum nu. 14.*
15 *Perſona inſpicienda eſt, cui imponitur datium.*
16 *Datium uini reſpicit fructus, onus uero fructuum ſpectat ad colonum, qui
numis colit.*
17 *Negociantes, etiam clerici, non habent immunitatem a ſolutione datiorum.
uide contraria non obſtantia, nu. 18. & 19.*
20 *Datium præſumitur inductum auctoritate ſuperioris.*
21 *Statutum, quando obliget colonum eccleſiæ.*

Reſpon. Interpreta.

EX præmiſſo Themate tria reſultant dubia. Pri-
mum, an dñs Prępoſitus teneatur
ad onus fabricæ? Secundū, an teneatur ad ſolutionē datii
pro uino, q̄ minutatim eius nomine vēditur? Tertium,
an ēt conductor redditum præpoſituræ poſſit ſe eximere a ſo
lutione dicti datii, pp eccleſiæ priuilegium? Ad primum rñdeo
tradēdo doctrinam magiſtralē, cum omnis hæſitatio ad ius refe
1 ratur. onus fabricæ † & refectionis eccleſię, ſpectat regulariter,
ad prelatum, qui percipit redditus ipſius eccleſię. ca. 1. & c. de his
de

de eccl. ædifi. nec. n. ferendus eſt, qui lucrũ amplectitur, & onus
ſubire recuſat. l. manifeſtiſſimi. §. pen. C. de furt. Hinc dici ſolet,
commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis. l. ſecundum
naturam. ff. de reg. iur. Quarta. n. pars reddituum conuertenda
eſt in fabricam eccleſiæ. c. quatuor, & c. ſeq. 12. q. 2. & ibi glo. di-
2 xit, laicos † non teneri de iure aliquid erogare in fabricam, vel
refectionem eccleſiarum, & antiquorum canonum traditione
tertia pars reddituum erat in fabricam conuertenda c. decerni-
3 mus. 10 q. 1. Et etiam canonici & capellani † contribuere tenen-
tur pro rata reddituum. c. ſi monachus. 16. q. 1. cap. fi. de his, quæ
fiunt a maio. par. c. & ita conſuluit Fed. de Sen. conſi. 217. quem
refert & ſequitur Card. Flor. in cap. ad audientiam. in fi. de eccl.
ædifi. quę concluſio ſanè intelligenda eſt, ſ. detractis neceſſariis
alimentis prælati, & clericorum, d. ca. de his. Item procedit niſi
conſuetudo onus fabricæ transtuliſſet in populum, ſecundum
Inn. in d. c. fi. Hoſt. Car. & Pan. in d. cap. 1. Item niſi ad hoc eſſent
deputati certi redditus ſufficientes ad fabricam, c. venio. 10. q. 3.
Et ubi redditus eccleſiæ non ſufficiunt, honeſtum eſt, ꝙ laici
parochiani adiuuent clericos, a quibus recipiunt ſacramenta,
ſecundum Panor. in d. c. 1. Ad ſecundum videtur, quod d. Prępo
ſitus non teneatur. Sunt. n. clericorum & eccleſiarum bona, ac
perſonę immunes ab omnib. collectis, angariis, & perangariis,
& variis vniuerſis, tam de iure diuino, quam humano, vt habe-
tur Gene. c. 47. & Eſdræ 1. cap. 7. & in l. placet. C. de ſacr. ſan. eccl.
& in auth. item nulla communitas, C. de epiſ. & ele. & in c. fin.
de vi. & hon. cle. & in cap. non minus. de immu. eccl. & in c. cle-
ricis, §. 1. eod. tit. lib. 6. & in c. quanquam, de cenſi. eo. lib. & in cle.
1. eo. tit. Et quod d. Præpoſitus non teneatur ſoluere datium vi-
4 ni, † quod ex vineis eccleſiæ percepit, etiam ſi de ipſo vino ne-
gotietur, conſuluit Fed. de Sen. conſi. 207. nos Griſolus. quia iu
ra, quæ volunt clericos teneri ſoluere gabellas rerum, de quib.
negociantur, maximè text. in d. cap. quamquam. & in d. cap. fin.
ſunt intelligenda de rebus patrimonialibus, aut emptis cauſa
negociandi, non de fructibus natis in prędus eccleſię ſecũdum
eum, quia delictum pręlati negociantis non dẽt nocere priuile-
gio conceſſo eccleſię, reg. delictum, de reg. iur. Sequitur Pan. in
d. c. fin. & Gem. in d. cap. quanquam. Et quod eccleſiaſtici poſ-
ſint vendere vinum ſuum minutatim abſque ſolutione gabel-
læ, conſuluit D. Hieron. Zanne. quem refert & ſequitur Io. Ber.
in tract. de gabellis, in 7. q. 7. partis prin. uerũ autem poſſint, &
ita conſuluit Pan. conſi. 6. Caſus ſuper quo. ad fin. diſtinguens
inter vinum natum in proprietatibus eccleſiæ, & vinum em-
ptum cauſa negociandi. Nec huic concluſioni obſtare uidetur
tranſactio, de qua in themate. per quam olim Præpoſitus obli-
gauit ſe, & ſucceſſores ad datium ſocheti, ſic enim appellatur a
prouincialibus datium vini, quod minutatim uenditur, quia re-
ſpondetur, ꝙ ille præpoſitus tranſigens, non videtur potuiſſe
5 obligare ſucceſſores, † cap. veniens. de tranſa. l. iubemus. a C. de
ſacr. ſanc. eccl. & no. in l. ſeruus. maxime per Mod. C. de pac. Sed
prædictis non obſtantibus, arbitror d. Præpoſitum teneri ad da-
tium ſocheti, & Reuam macelli, duabus vrgentibus & conclu-
dentibus rationibus. Primo, quia etiam eccleſia tenetur ad refe
ctionem murorum, pontium, viarum publicarum, & ad omnia
6 onera † communem utilitatem tam clericorum quam laicorũ
concernentia. l. ad inſtructiones. C. de ſac. ſan. eccl. per quem tex.
ita communiter concludunt Legiſtę ibi, & Canoniſtæ in d. cap.
non minus. de immu. eccl. & dixi late ſup. cap. 20. ergo etiam te
nebitur ad datium vini, & carnium impoſitum ad releuandum
clericos & laicos, ſicut ab oneribus pontium, murorum, & ſimi
lium, vt dicitur in puncto, & firmant in propoſito Iaco. Butr. &
Bal. in d. l. ad inſtructiones, vbi dicunt eccleſiam teneri ad gabel
lam plauſtorum impoſitam pro reparatione uiarum publica-
rum. & quod ad ſolutionem datii uini impoſiti pro oneribus,
7 ad quæ tenetur eccleſia, poſſint compelli etiam clerici, † deter-
minat in ſpecie Pan. in d. c. non minus. in fin. & bene facit doctr.
Bar. in l. 1. col. 4. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10. & quæ tradũ
tur per Mod. in l. 4. §. actor. vbi ſcripſi, ff. de re iud. Secundo, quia
contra clericos lata olim fuit ſententia arbitramentalis, quam
conſtat obſeruandam, cum ab ea non fuerit vnquam reclama-
tum, l. cum antea. C. de arb. Nec obſt. ſi dicatur, quod laudum ar
bitratoris obtinet vicem tranſactionis, auth. ſi vero contigerit,
& ibi not. & in corpore vnde ſumitur. C. de iud. quæ tranſactio
non nocet ſucceſſoribus. d. c. veniens. & eo maxime, quia præla-
8 tus non potuit ſine conſenſu papæ renunciare † priuilegio exẽ-
ptionis, nec de ipſo compromittere, ut eſt caſus in c. cum tempo
re. de arbit. quia reſpondetur, quod prædicta procedunt, quan-
do pręlatus ſolus tranſegit ſine conſenſu capituli, non etiam ſi
tranſegit ſine conſenſu capituli, vt legitur in d. c. veniens. In ca-
ſu autem occurrenti præſupponitur interueniſſe conſenſum
capituli & totius cleri, ergo &c. Item prædicta procedunt, quan
do per laudum arbitratoris repetitur læſa eccleſia, non ſi ſit e-
ius conditio melior effecta, vt in caſu iſto, vt tradit Panor. in d.
ca. cum tempore. Comprobatur in l. filius paciſcendo. & in l. ſer
uus, C. de pact. & in cap. primo. de tranſact. eccleſia enim & ec-
cleſiaſticę perſonæ, fuerunt per huiuſmodi laudum liberatæ
ab oneribus murorum, pontium, & ſimilium, & grauatæ dun-
taxat ad datium uini, & carnium vendendarum ab ipſis eccle-
ſiaſticis perſonis minutatim, quod eſt quid modicum graua-
men reſpectiue ad commodum exemptionis ab oneribus præ-
dictis, a quibus fuerunt liberatæ, & immunes declaratę, ergo
9 &c. Nam prælato licitum eſt rem uiliorem cum precioſiori † per
mutare abſque conſenſu capituli, cap. 1. & cap. ad quęſtiones, de
rerum perm. ac rem alienare pro alia maiori habenda, c. conſen
ſus. de reb. ecc. non alie. Item prædicta non procedunt, ſi poſtea
10 papa ratificauerit ipſum laudum, d. ca. cum tẽpore. Papa † enim
poteſt concedere laicis facultatem collectandi & talandi cleri-
cos, & eccleſias. cap. clericis. ibi, abſque auctoritate ſedis eiuſdẽ,
de immu. eccle. lib. 6 fuit autem huiuſmodi laudum auctoritate
apoſtolica approbatum. Igitur, &c. Et ſi dicatur non conſtare
de approbatione: reſpondeo, quod ſatis eſt eam allegaſſe, & iu-
ſtificaſſe quaſi poſſeſſionem collectandi, & colleſtas exigendi a
perſonis eccleſiaſticis, a tanto tempore, cuius initii non extet
memoria hominum, ut in themate deducitur: nam ex curſu tẽ-
11 poris prę\ſumitur, † conſenſum papæ neceſſarium ad ualidita-
tem actus interueniſſe, ſi allegetur, cap. continebatur, & ibi D.
Ant. de But. circa fin. de his, quę fiunt a præla. ſine conſen. cap.
☞ & Soc. tradit conſi. 15. libro primo, & *communiter* tenent Doct.
quod ſolemnitas neceſſaria ex diuturnitate temporis præſuma-
tur interueniſſe in alienatione rei eccleſiaſticę, vt tradit Dec. cõ
ſi. 36 colu. pen. & conſi. 135. colum. 1. Et quod papę confirmatio
præſumitur ex tanti temporis defluxu, conſuluit idem Dec. con
ſi. 152. colum. fin. & Barb. conſi. 25. ſapienter ſcribitur col. ante-
pen. lib. 2. & eo maxime, quia ſedes apoſtolica tunc reſidebat in
ciuitate Auenionis proxima per mediam dietam, arg. c. quanto,
de præſum. Quis enim diceret genus clericorum auariſſimum,
ca. auaritiæ cæcitas, de elect. lib. 6. huiuſmodi angarias tanto tem
pore ſuſtinuiſſe, ſi a laudo reſilire potuiſſet, certe nemo. ergo nec
nos dicere debemus, cap. quia veriſimile, de præſump. Et ex iſtis
patet reſponſio ad contraria ſup. formata, ideo aliter non inſi-
ſtam. Ad tertium præſuppoſito, quod dom. prępoſitus eſſet im
munis, videretur eius colonum eadem debere immunitate gau
12 dere pluribus rationibus. Primo, quia conductores † prędiorum
fiſcalium, vel Cæſaris, potiuntur immunitate, l. ſemper, §. con-
ductores, ff. de iure immu. l. prima. C. de priuileg. dona. Aug. li-
bro 11. ergo a fortiori debent eſſe immunes conductores pręꝗ
diorum eccleſiæ, arg. cap. duo ſunt. 96. diſt. Secundo, quia iſtud
datium videtur extraordinarium, cum neque ſenatuſconſulto,
neque decreto Principis fuerit indictum, ergo tranſibit in con
ductorem priuilegium exemptionis, ſecundum doct. Bar. in l. li
citatio, §. fin. ff. de pub. Tertio, quia decreta communitatis, qui-
bus grauantur eccleſiaſticæ perſonæ, & etiam per indirectum
ſunt ipſo facto nulla & irrita. cap. fin. de immu. eccl. libro ſexto,
13 & ideo non valet † ſtatutum, quod colonus eccleſiæ teneatur
ſoluere collectas pro eccleſia, quia per tale ſtatutum grauatur
eccleſia per indirectum: non enim inueniret ſaltem eodem pre-
tio colonum, quo inueniret, ſi colonus non grauaretur, ſecun-
dum Bar. in l. hi penes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & Bal. in l. prima.
C. de epiſ. & cle. Ang. in Auth. de non alien. §. quia vero. & Ioã.
Ber. in tract. de gab. in 7. quęſt. 7. par. non enim dẽt licere per in-
directum, quod directè non conceditur. regula, cum quid vna
via. de reg. iur. lib. 6. ſic in propoſito, ſi colonus domini Præpo-
ſiti non poſſit minutatim vendere vinum, & carnes abſque ſolu
tione gabellę, non tanti conducet redditus eccleſiæ. Quarto fa-
cit tex. in l. priuatę, C. de exc. mu. libro 10. per quam determi-
14 nat ibi Bar. & emphyteuta eccleſię † non tenetur pro emphy-
teuticis prædiis eccleſiæ ſoluere collectam. Quinto facit tex. in
l. ſecunda. C. de epiſc. & cle. & in cap. eccleſiarum ſeruos. 12. q.
ſecunda, & in d. cap. non minus. de immu. eccleſ. vbi deciditur,
quod ſerui & mancipia eccleſiarum eadem potiuntur immuni
tate, qua eccleſiæ. Sed præmiſſis non obſtantibus, arbitror in
contrarium eſſe veritatem. Primo, quia iſtud datium vini, &
carnium, imponitur perſonæ pro rebus, quo caſu inſpicienda
15 eſt perſona, † cui imponitur. l. reſcripto, §. fin. de mun. & ho-
no. l. indictiones, & ibi no. C. de anno. & trib. lib. decimo, & not.
etiam in rub. C. de mu. patri. eo. lib hęc enim collecta imponi-
tur uendenti vinum & carnes, & cum colonus vendens ſit lai-
cus, eius perſona inſpicienda eſt, & non perſona d. Prępoſiti,
vel eccleſia. Secundo, quia datium vini reſpicit fructus, onus
16 autem fructuum † ſpectat ad colonum, qui humus colit, eo
quod fructus a ſolo ſeparati, ſunt ipſius coloni. l. c. prima. & ibi
not. Barto. C. de agri. & cenſi. lib. vndecimo, & hac ratione de-
ciditur, quod onus decimę ſpectat ad colonum, cuius ſunt
fructus, ſecundum Innoc. in capit. cum non ſit. de deci. & Car-
di. in capit. tua nos. eodem titulo. Tertio, quia negociantes,
17 † etiam clerici, non habent immunitatem a ſolutione datio-
rum, c. fi. de ui. & hon. ele. ergo nec coloni, qui negotiandi cauſa
conducunt redditus eccleſiarum, & ita per hanc rationem deci
☞ dit gl. quam ibi Imo. & alii *cõiter* ſequuntur, in clem. pręſenti, de
cenſi.

censi. Et idem tenent Arch. Io. An. Gem. & Phil. Fran. in c. quāquam, eo. ti. lib 6. Sequuntur Spe. Io. And. in tit. de immu. ec. ad fi. Dyn. & Pau. de Cast. in l. licitatio, §. fi. ff. de pub. Sal. in l. vniuersi. C. de vect. & com. Prac. Pap. in forma li. quo ad solut. pedag. Bar. in l. 1. C. de naui. lib. ti. vbi idem determinat in emptore prædiorum fiscalium, & Guid. Papæ dec. 208. iuxta materiā. Io. Ber. in d. tract.. in 7. q. 7 partis, & ita consuluerunt Feder. de Sen. consi. 111. Quæstio talis est, an diœcesanus, & Bal. consi. 496. Punctus quæstionis talis est, lib. 4. & Car. consi. 12. Nec obstant contraria.
18 Primo, non ob. tex. in l. semper. §. † conductores, quia loquitur de immunitate a muneribus personalibus ciuilib. puta decuriona tus, tutelæ & huiusmodi, a quibus conductores prædiorum arcentur fauore publico. Nam propter cōductionem, in qua sunt impliciti, non creditur talia officia eis conuenire. Non obst. tex.
19 in d. l. i. † quia ille tex. & similes loquūtur de oneribus, quę imponuntur ratione proprietatis prędiorum fiscalium, aut Cæsaris: nos de oneribus, quę imponuntur ratione fructuum a solo separatorum, quę sunt ipsius coloni, secūdum Sal. in d. l. vniuersi. Vbi concludit, colonos fisci teneri ad datium fructuum, qui importantur in ciuitatem, ad quod etiam tenentur coloni Ecclesiarum, sm Fed. in d. consi. 111. & Gem. in d. c. quamquam. in fi. Vel aliter respondetur, vt statim subiiciam. Non obst. etiam doctr. Bar. fundata in d. l. 1. quia reperio, quod eam damnat Card. in d. consi. 12. vel posito, quod esset vera, non seruit in proposito, quia istud datium potest dici ordinarium, cum habeat certam, & determinatam præstationem, videlicet quartum denarium, & sit impositum auctoritate Pont. Max. sm doc. & Bar. in l. 1. C. de mu. & in quo Io. & in d. l. licitatio, §. fi. & Pan. in d. c. non minus, & Ias. in d. l. placet. C. de sac. san. eccl. Et si dicatur non constare de auctoritate papæ, respondeo satis constare ex instrumento compromissi, in quo legitur, quod clerus fatetur auctoritatem Clementis septimi, & aliorum Pon. & d. Legatorum Auenion. fuisse in dictum, quæ confessio abunde probat. c. per tuas. de prob. l. generaliter. C. de non nu. pe. Item iuris pręsumptione pręsu-
20 mitur † in dictum auctoritate superiori, sine qua indici non poterat. l. 1. C. no. vect. inst. non posse. Nam cum vniuersitas sit in quasi possessione a tempore immemorabili, credendum est, quod impetrauit licentiam exigendi necessaria per ea, quę dicta fuerunt supra in secundo dubio. Nō obstat tertia ratio, quia respondet Bald. in d. consi. 496. quod procedit, quando onus imponitur colono in consequentiam obligationis ecclesiæ, quam constat nō teneri, tunc nec etiam tenetur colonus, & statutum obligans co-
21 lonū † non valet. l. 1. §. exceptiones. ff quar. rer. act. nō dat. Secus vero dicendum est, quādo onus imponitur colono ratione bonorū, vel fructuū ipsius coloni, & ratione obligationis fundatæ solum in personā suā, tunc valet statutū, licet per indirectū auferatur ecclesiæ aliquod commodū. l. si venditor. §. fi. ff. de ser. exportan. nec n. eōitas debet pro alienis commodis pati iacturam & in rebus suis difficultates inuenire. l. 2. C. de seru. & aqua. Ad decisionē Bar. in d. l. priuatę, respōdetur, quod procedit in oneribus quę imponuntur colono pro rebus ecclesiæ, nos in oneribus, quę imponuntur colono pro rebus, & fructib. ipsius coloni. Et contra istam decisionem consuluit And. Sicu. consi. 14 lib. 1. quē refert Cur. consi. 72. col. fi. Ad l. 2. & ad c. ecclesiarum seruos, & similia, respondetur, quod loquuntur in colonis ascriptitijs, & seruis ecclesię, nos in conductoribus liberis, inter quos maxime differt, secundum Feder. in d. cons. 111. & Gem. in d. capit. quanquam, in fine.

De oblatio. eccles. & collecto. earum.

RESPONSVM. I.

LAici Fabricerij nomine prelati nudum ministerium fabricę exercere possunt, si id prelatus constituat, & clerici ab huiusmodi onere subleuabuntur. Nec ipsis laicis ob id officiū vllum, aliquaue pręeminētia, ab Epo impartitur, quod suo noīe, suoque iudicio negotia fabricæ agere nō possunt. Et quemadmodū regulariter quisque pro gubernationib. creditis, ac negotiis quibuscunque pueniri pōt ad rōnē reddendam suæ villicationis, ita ēt de receptis oblationibus rōnem reddere astringitur. ¶ Quare cū Antonius Capusij, & cæteri sint mere laici, suoque noīe, ac iudicio fabricę intendāt, nec vllam prelato rōnem reddere existimēt, ab hmōi putatiuo officio remouendos esse, indubitati iuris est. ¶ Quoniā contingere posset dubitari, cui applicandę, seu adiudicādę sint oblationes, quę imagini fiūt, an vniuersitati, quę capellam cōstruxit, an Epo? an vero Rectori illius parochię, in qua reperitur depicta imago? Ideo recte decisum est ex communi sñia, Rectori & parochiali ecclesię adiudicādas huiusmodi oblationes fore, & nō cęteris. ¶ Cū cuilibet permissum sit sua agere negotia, prout cautius potest, ideo licere vē fabricerijs blando sermone pios allicere homines potius pro fabrica, quam Rectoris & imagini offerre, nisi versutia, fraude, vel dolo hmōi eleemosinas procurent. nam eo casu pro damnis preteritis ad interesse conueniri a Rectore licite possunt, pro futuris vero iudicis officio cogi poterunt ad desistendum ab huiusmodi dolis, vel sutijs, ac machinationibus.

SVMMARIVM.

1 *Laici an possint esse operarij, seu fabricerij rerum ecclesiasticum.*
2 *Laici, an possint esse collectores oblationum, quæ fiunt ecclesiæ, & cuius sint oblationes, quę fiunt imagini existenti in capella. & vide nume. 5. 6. 7.*
3 *Laici non possunt recipere oblationes consistentes in rebus sacris.*
4 *Laici non possunt recipere oblationes de altari.*
8 *An Episcopus possit eligere laicos fabricerios contra voluntatē Rectoris.*
9 *Episcopus non potest dispensare cum inhabili, nisi in casibus a iure expressis, quia contra ius statuere non potest. & vide num. 10.*
Episcopus custos est canonum.
11 *Delegati de causis sibi delegatis non iure proprio, sed delegantis, nomine cognoscunt.*
12 *An valeat consuetudo, quod laici possint esse collectores oblationum? & quomodo procedat.*
Oblata pro fabrica, fabricæ acquiruntur.
13 *Fabricerij, an teneantur reddere rationes de oblatis.*
14 *An liceat allicere personas, vt potius offerant fabricæ, quam rectori, & imagini.*
Cuilibet permissum est facere negotia sua, prout melius potest.
Excommunicatione digni sunt religiosi, qui legata, vel eleemosinas, sibi vel suis monasterijs in preiudicium aliorum fieri procurant.
15 *Operarij, seu fabricerij si dolo, fraudeve in aliorum praeiudicium eleemosinas procurent, quomodo veniant puniendi, & quando fraus procurata dicatur, vide num. 16.*

Respon. interpreta.

Qui veritas est, me dirigat in semitam veritatis.

IN causa vertente inter Antonium Capussii, & consortes operarios ex vna, ac do. Gaspatē Quirini, priorem prioratus de Cobiniaco ex altera, sunt plura
1 videnda. ¶ Et primo, vtrum † laici possint esse operarij seu fabricerij. Pan. in c. decernimus, de iud. videt quod sic, tribus rationibus. Primo, quia cura temporalium potest committi laicis, ergo etiam cura fabricę. Ista ratio nihil valet, quia cura rerum tpalium ecclesiæ, non potest demandari laico, vt arbitrio suo disponat, vt in summa, 89. distin. & in cap. iudicatum, ead. distin. Secundo mouetur, quia laici sunt magis ad exercitium fabricæ experti. sed nec ista ratio concludit per necesse. Tertio mouetur, quia clerici distraherentur a diuinis, si fabricę intenderent, ergo conuenit, vt laici potius sint fabricerij, quam clerici. Sed nec ratio ista viget, quia ea attenta, clerici deberent omnem curam rerum temporalium demandare laicis, quam tñ curam ipsi clerici non prohibentur habere, c. episcopum, 12. q. 1 & q. 2. cap. nobis & cap. Vltra. cum seq. Imo & cōiter scrib. in c. decernimus. de iud. & hanc partem amplexus fuit Ioan. Cald. consilio 1. sub rubrica, de consuetu. & consil. 19. sub rub. de preben. & Deci. consil. 129. colum. 4. Contrariam sententiam, quòd laici non possint esse fabricerij, idest prepositi fabricę ecclesię firmat Ant. de But. & per tex. in d. c. decernimus. vbi dr, quod laici non debent præsumere tractare negocia ecclesiastica. Secundo, quia non possunt laici suo iudicio disponere de rebus ecclesiasticis, d. c. decernimus. Tertio, quia dicerentur laici habere officium in ecclesia, quod constat interdictum laicis, c. Messana. de elect. Quid tenendum? Ego ex dictis Pan. & aliorum in d. c. decernimus, facio duos casus. Primus est, quando fabricerij habent nudum ministerium fabricæ, illud exercentes nomine prælati & sm voluntatem eiusdem reddentes de gestis rationem ipsi prelato, & hoc casu etiam laici pñt esse fabricerij, quia hoc mō releuantur clerici ab hoc onere, & laicis nullum conceditur offm, nullaque pęminentia in ecclesia, & in istis terminis loquitur Pan. & in istis terminis procedat consultatio Io. Cal. qui tñ loquitur ēt in laicis conuersis, & deferentibus habitum clericalem, & ita ēt procedit consultatio Decij. aut fabricerij hñt offm, & suo nomine, suoque iudicio gerunt negotia fabricę, & hoc casu laici non possunt esse fabricerij, quia pęminentiam haberēt in ecclesia & offm, quod non licet, & ita procedat opinio do. Ant. & ita vult Pan. in d. c. decernimus. & ego ēt probaui ibi, col. 16 versi. 4. dubitatur. Vnde cum Ant. Capussij, & cęteri, sint puri laici, suoque nomine, & suo iudicio intendant fabricę, nec vllam rationem prælato reddant, mihi videtur ab huiusmodi officio eos fore amouendos. ¶ Secundo dubitatur, an
2 † laici possint esse collectores oblationum? Pro resolutione huius dubitationis videndum prius est cuius sint, & esse debeant oblationes, quę fiunt imagini existenti in dicta capella, an vniuersitatis, quæ capellam construxit? an Episcopi? an uero rectoris illius parochiæ, in qua reperitur depicta imago? Super ista quęstione multa dici possunt, & ea amplissime Troylus Mauetus, vt legit in tra. suo de oblati. ecclesiasticis

eles.vel alta.in 1.dubio. Ego omissa disputatione adhæreo sen-
tentiæ Host. Ant. Pan. & Imo in capitulo pastoralis, de his quæ
fiunt a præla. sine consen. cap. vbi per illum tex. decidunt obla-
tiones deberi rectori, & ecclesiæ parochiali, non autem episco
po, nec capellano illius capellæ, & adhoc adducunt etiam tex.
in cap. ad audientiam, J. de eccle. ædifi. per quem ita decidit ibi
Ant. de But. & in rub. de paro. Ad idem facit tex in c. quoniam,
quem ad hoc ibi not. Pan. de deci. & ad idem facit tex. in cap. ex
transmissa. de præscrip. quem etiam ad hanc quæstionem not.
Pan. in repetitis suis, & idem vult ibi Io. And. Idem etiam
voluit Innoc. in rubr. de paroch. & Pet. de Perusi. in sua cano-
nica. capi. 4. versi. 16. & sequen. & ista est *communis* sententia, te-
ste prædicto Trohylo. & licet ipse aliter distinguat, attamen a
communi non est recedendum, cap. ne innitaris. de constit. &
opinionem communem sequitur Deci. consi. 148. in secundo
dubio, & hanc etiam sequitur, & dicit esse communem, Soc. in
tract. oblatio. in 18. libello. versi. venio ad textum. Hoc sic dis-
cusso, præsens dubium plura habet capita. Primum, an laici
possint esse collectores oblationum de iure communi? Secun-
do, vbi de iure communi non possint, an valeat consuetudo,
contraria? Tertio, vbi non valeat consuetudo, an possint sal-
tem colligere ea, quæ offeruntur pro fabrica? Quarto, an de
receptis teneantur reddere rationes Priori, siue Rectori? an eis
liceat in præiudicium prioris incitare deuotas personas, vt po-
tius ipsi in fabricam, quam ipsi imagini, & altari offerant?

¶ Circa primum ponam aliquas conclusiones, ex quibus resul-
3 tabit clara dubitationis resolutio Prima conclusio, laicus † non
potest recipere oblationes consistentes in rebus sacris, quia lai-
cis sacra tangere prohibitum est, cap. nemo. cap. in sancta & c.
ligna. de consecra. distin. prima. & est de mente Socin. in dicto
4 tract. lib. 19. Secunda conclusio, † laici non possunt accipere
oblationes de altari secundum Archidiaco. & Docto. in capit.
sanctorum, 10. quæstione 1. ¶ Tertia conclusio, laicus iure
5 † proprio, & ad suam vtilitatem non potest collector esse ob-
lationum, quia laici incapaces sunt spiritualium, capitu. cau-
sam, quæ de præscrip. & c. quamuis. de d. c. & ibi infert Abb. ad
casum nostrum, & est tex. in d. cap. sanctorum. & in cap. quia sa-
cerdotes. & cap. hanc consuetudinem, 10. quæst. 1. Et has tres
conclu. indifferenter approbant omnes in d. capit. decernimus.
6 ¶ Quarta conclusio, laici † contra voluntatem rectoris non
possunt colligere oblationes, de quibus rector potest libere &
absolute disponere, vt sunt hæ, quæ simpliciter offeruntur, non
expresso in quam causam sint conuertendæ. nam cum sint re-
ctoris absolute, non debent, neque pñt laici se impedire de re
aliena inuito dño. l. fi. C de neg. gest. Nec. n. quẽpiã decet rei alie
næ se immiscere dño ɔ̃ licente. ¶ Quinta conclusio (& hæc est
7 aliquantulum ambigua) laici † pñt esse collectores oblationũ,
quæ offeruntur fabricæ, & ad vsum fabricæ sunt conuertendæ,
adeo q in alium vsum conuerti non pñt, cle. 2. de relig. do. Ista
conclusio põt dupliciter intelligi primo, vt possit de licentia, &
beneplacito prælati, ac eius nomine, & tunc plana est, quia nu-
dum ministerium exhibent laici ad vtilitatẽ rectoris & ecclesiæ,
nam & nomine prælati pñt colligere decimas. c. vestra. de loc.
& tradit Dec. post alios, in d. c. decernimus. col 6. & ibi dixi col.
17. vel. 6. dubitatur. Secundo põt intelligi, vt inuito rectore pos-
sit, & illo casu dubia vr; nam cum rector sit administrator
dictarum oblationum, & omnium bonorum ecclesiæ, iuxta no.
per Inn. & alios, in c. cum super. de caus. pos. & proprie. & per
gl. in c. cum ex eo, de elect. lib 6. non vr, q eo inuito possint laici
dictas oblationes recipere, & earum administrationem habe-
re. ɔ̃rium tñ vr velle Pan. & Mod. in d. c. decernimus, & Deci. in
consi. 148. in 3. dubio. vbi concludunt, quòd de licentia episco-
pi licet laicis colligere oblationes, & eas conuertere in aliquam
piã causam, quia tunc laici exhibent nudum ministerium no-
mine ecclesiæ. Mihi videtur, quod punctus difficultatis sit ad
8 hoc reducendus, vtrum episcopus † possit elegere laicos fabri-
cerios contra voluntatem, & in præiudicium rectoris? & iste
est casus noster, quia dominus Episcopus dicitur hos laicos de
putasse operarios dictæ capellæ, qui operarij virtute huius offi-
cij oblationes colligere dicuntur. Et videretur prima conside-
ratione dicendum quod sic, quia episcopus potest delegare
causas ecclesiasticas laicis secundum gloss. & *communiter* Doct.
in dicto capitulo decernimus & in c. peruenit, 95. distinctio. er-
go etiam debet posse laicis demandare opus fabricæ. Item fa
cit, quia episcopus potest dare laico vnam præbendam in eccle-
sia, secundum gl. communiter approbatam, in c. cum M. Ferra.
de consti. ergo etiam sibi conferre poterit officium fabricæ. In
contrarium facit, quia constitutio sindici, procuratoris, œcono-
mi, & similium, spectat ad rectorem, nec Episcopus potest
solus defensorem deputare ecclesijs inferioribus nisi in negligen-
tiam inferiorum prælatorum, vt firmant Inno. Pan. & alij, in c.
Imperatorem. de iura. calu. ergo etiam solus, & sine consensu
rectoris non poterit construere operarios, seu fabricerios. Item
facit, quia episcopus non potest aliquid statuere in ꝑiudiciũ in-
feriorum prælatorum, & inferiarum ecclesiarum, secundum
Inn. & Pan. in c. vestra. de loca. quẽ sequuntur d. Ant. Imo. & Fe.
in c. cum omnes. de consti. quid tenendum? Mihi videtur, q re-
solutio huius dubij pendeat ab iis, quæ dicta sũt i primo dubio:
nam si laici possint esse de iure operarij, crederem, quod ab Epi
scopo eligi possint, & deputari, quia potest episcopus subsistẽ-
te c. ꝑiudicare inferioribus prælatis, dummõ præiudicium nõ sit
enorme, ut per glo. & Pan. in ca. ɔstitutus. de reli. domi. & c. ec-
clesiæ, 16. q. 1. nam etiam laicis potest Episcopus concedere pri
uilegium liberæ sepulturæ in ecclesiis inferioribus, secundum
Io. And. in c. certificari, de sepul. & cura omnium ecclesiarũ suæ
diœcesis spectat ad eum, c. oẽs basilicæ, 16. q. 7. capitu. regenda. x.
q. 1. Si vero laicus de iure non possit esse fabricerius, non pote-
rit Episcopus eum habilitare in præiudicium prioris, quia Epi-
9 scopus † non potest dispensare eum inhabili, nisi in casibus ex
pressis in iure, c. dilectus filius, de temp. ord. & c. fin. de filiis pre-
sbyte. nec potest Episcopus statuere contra ius, cap. quod super
his, de ma. & obe. no. in c. cum dilectus. vbi gl. & Pan. de ɔsuetu.
nam cum Episcopus custos sit canonum, custodis officium, nõ
dissipatoris dẽt ꝑstare, cap. cum quibus, & c. seq. 24. q. 3. & §. 1. 21.
10 dist. ex his constat, Episcopum † non posse eligere laicos in fa-
bricerios, qui habeant officium, vel præeminentiam in eccle-
sia, & qui suo arbitrio, suoque nomine dispensant redditus fa-
bricæ absque consenso rectoris, cum laici de iure non possint
habere aliquod officium in ecclesia, vt conclusum fuit s. in pri-
mo dubio. Non obstant contraria supra deducta, quòd episco-
pus possit ecclesiasticas causas delegare laicis, quia istud reperi-
11 tur concessum. delegati † enim delegantis nomine, non autem
iure proprio, cognoscunt de causis sibi delegatis. capitu. super
literis. de rescri. sic nos concedimus, quod laici possint nomine
prioris intendere officio fabricæ, sed negamus eis officium pro-
prium. quod Anton. Capussij, & consortes vsurpant: nam tan-
quam habentes officium in ecclesia, nomine proprii officij ope
rariorum cuncta gerunt, non curantes de prioris auctoritate,
ac consensu. Nihil etiam facit, quod laicus possit habere præ-
bendam in ecclesia, quia non propter ea dicitur habere ali-
quod officium, nec aliquam præeminentiam, sed dumtaxat cer
tum temporalem redditum, qui cuicunque pauperi laico po-
test assignari hinc est, quod talis laicus habens præbendam, nõ
habet aliquam vocem in capitulo, secundum Innocentium, &
Cardinalem in dicto capitulo cum M. Ferrarien. & si episco
pus non possit, multo minus potuit vniuersitas, quæ ius nullũ
habet disponendi de rebus ecclesiæ. ¶ Circa secundum, an va-
12 leat † consuetudo, quod laici possint eẽ collectores oblationũ.
Videtur, quod non, per textum in capitu. hanc consuetudinẽ,
decima quæstione prima, vbi huiusmodi consuetudo damna-
tur. Secundò, quia non valet consuetudo, quod laici habeant
iurisdictionem, vel præeminentiam super clericos, capitu. cle-
rici, de iud. capitu. ad audientiam nostram. de consuetu. Tertio,
quia non valet consuetudo contra honestatem, capitu. irrefra-
gabili, & ibi not. Pan. de offic. ordin. capitu. cum decorem, de
vita, & honestate clericorum. no. idem Pan. in capitu. cum inter
de consuetudi. vnde non valet consuetudo, quod laici simul cũ
clericis sedeant in choro, clementina prima, de vita, & honesta-
te clericorum. ergo non valet consuetudo, quod laici colligãt
oblationes, quia videtur contra honestatem, quod laici habeãt
præeminentiam in ecclesiis, ut supra dictum fuit: in contrariũ
facit, quia consuetudo facit de incapaci capacem, & de inelegi-
bili eligibilem, capitu. nos consuetudinem. vbi gloss. 12. distinct.
& capitu. cum olim. de cler. coniug. & l. non tantum. ff. de decur.
in fin. & ita de facto seruari uidemus. vnde cum ita sit consue-
tudo, credendum etiam est, quod sit rationabile, quia in dubio
pro communi obseruantia est præsumendum, capitulo, illa. &
ibi gloss. 12. distinct. capitulo cor episcopi. 65. distinct. Quid te-
nendum? ego ex mente Deci. in dicto consilio 148. in tertio du-
bio colligo concordiam. Aut loquimur in oratoriis, & frater-
nitatibus laicorum, & in talibus locis consuetudo potest dare
potestatem laicis colligendi oblationes, quæ sibi sponte fiunt.
Aut loquimur in ecclesiis, & tunc valet consuetudo, quod laici
sint collectores oblationum nomine rectoris, & ecclesiæ; nõ
autem valet, quod suo iure, & proprio eorum officio, possint
eleemosinas colligere per rationes præallegatas: & credo, qđ
ita se habeat communis obseruantia, vt de consensu rectoris
eligantur operarii, qui nomine ecclesiæ intendunt fabricæ, sed in
uito rectore, quod eligantur operarii, qui iure proprio, nomine
suo colligant oblationes, non credo consuetudinem valere,
nec probari posse.

¶ Circa tertium aduertendum est, quia resolutio dependet ab
officio fabricerij: nam cum oblata pro fabrica acquirantur fa-
bricæ, non autem priori, prout tenet Soc. in dicto tractatu obla.
libel. uer. 19. secundo loco. & versicu. ad secundum. consequẽs
est, quod a fabriceriis possint colligi. vnde his casibus, quibus
laici possunt esse fabricerii, eisdem casibus poterunt oblatio
nes colligere. Quando autem, & quibus in casibus possint lai-
ci esse

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO, IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Decretalium Librum quartum absolutissima Responsa,

Nunc postremò maiori, quam hactenus vnquam factum sit, diligentia recognita, & repurgata.

De sponsalibus.

RESPONSVM I.

LIcèt Beneficia per ꝯtractum matrimonium ipso iure vacent, per sponsalia tñ ꝯtracta nullo iure vacare constat; nam prædictorum diuersa est rõ, minusq; dicta de futuro sponsalia per osculum, munera, & nexum copulæ transeunt in matrimoniũ, nisi copula subsequatur, & eo casu beneficia vacare neminem latet. Nec Pontifex ex potestate ordinaria solet literas ad beneficia vacatura impartiri, licet de potestate absoluta omnia possit, cum sit supra ius.

S V M M A R I V M.

1 *Contrahens matrimonium, ipso iure beneficio priuatur.*
2 *Per sponsalia de futuro beneficia nullo modo vacant.*
3 *Spõsalia de futuro nõ transeunt in matrimoniũ, nisi secuta carnali copula.*
4 *Papa non solet dare literas ad beneficia vacatura de potestate ordinaria, & ibi vide quid de absoluta.*

Respon. Interpreta.

DE tribus Effectualiter quęritur consilium. Primo, an per sponsalia de futuro vacent bñficia? Scdo an sponsalia de futuro per oscula, munera & nexum copulæ, transeant in matrimoniũ, ita q̃ beneficia ex tunc vacare censeantur? Tertio, posito q̃ non vacent, an Papa possit dare literas gratiosas ad bñficia, ꝯtrahens sponsalia sub ꝯdõne, si vacabunt per subsequens matrimoniũ? ¶ Circa primũ videret prima facie, q̃ per sponsalia de futuro vacent beneficia ipso iure
1 uam per ꝯtractũ matrimonij vocant. & ꝯtrahens † matrimonium est ipso iure priuatus. c. quod a te. c. diuersis fallaciis. de cle. cõiuga. ergo idem dicẽdum in ꝯtrahente sponsalia, quia prohibito matrimonio, censentur prohibita. l. oratio. ff. de sponſ. & idẽ iudicandũ est de principio principiante, q̃ de ipso principato. l. maritus. C. de procu. vbi not. Pau. de Cast. & Mod & idem iudicandum de præparatorijs, quod de præparato. l. ordinarij. C. de rei vend. & traditur plene per Mod. in rub. extra de iud. ¶ Præmissis nõ obstantib. ꝯtrarium, q̃ non vacent, tenent *cõiter* Doct. ut attestatur Pan. in c. 1. de cler. coniuga. & Rota. decis. 16. in tit. de rescrip. in no. & Franc. Pau. in trac. de sede vacan. in vlt. præmisso. ver. 3. per ꝯtractum. Ratio est, quia per sponsalia non alligantur sponsi ꝯtrahere matrimonium, sed pñt mutuo consensu discedere a sponsalib. c. 2. de sponſ. sicut autem acceptans ſm beneficium non priuatur, nisi plene consecutus fuerit ſm, c. cum in cunctis, de ele.
2 ita per sponsalia de futuro † non priuabitur sponsus, quia non dr̃ plene translatus de matrimonio spirituali ad carnale. requiritur enim ad hoc, vt vacent beneficia promoti ad epãtum, q̃ eps̃ sit consecratus, & plene translatus c. si quis iam translatus, 20 q. 2. & ideo ante consecrationem, & adeptã possessionem non possent alteri sua beneficia conferri, c. post electionem. de concesſ. pręb. confirmatur, quia beneficia ingressi religionem ante professionem expressam, vel tacitam, non vacant per simplicem ingressum, quia infra annum potest libere exire, nec vr̃ ante professionem plene translatus ad religionem, c. beneficiũ. de reg. lib. 6. & ibi expresse dr̃, q̃ ante lapsum anni non debeant beneficia sua alteri conferri. sic ergo per sponsalia nõ vacabũt, quia non vr̃ plene ad matrimonium translatus, cum possit dari casus, per quem non sequetur matrimonium, d. c. 2. & ista est ipsa veritas. ¶ Circa ſm rñdeo, q̃ sponsalia de futuro p oscula, munera, & nexum copulę, non transeunt in matrimonium,
3 nisi sequatur † copula carnalis. c. si. de sponſ. c. 1. de matr. cõtrac. contra interdic. eccl. Imò si sponsus de futuro traduxerit spõsam ad domum, dummodo eam perfecte nõ cognoscat. i. nõ sequatur sanguinis commixtio, non trãseunt adhuc sponsalia de futuro in matrimoniũ, ſm Pan. Car. & *cõiter* Doc. in d. c. si. ex quo sequitur, q̃ etiam non vacabunt beneficia, nisi ꝯtrahatur matrimonium per verba, de præsenti, vel interueniat copula. ¶ Ad tertium, si quæratur de potestate absoluta, non negabo Papam posse, quia in beneficialib. Papa est supra ius, c. proposuit. de concesſ. præb. & habet omnia beneficia sibi manualia, clem. 1. vt lite pend. Si quæratur de potestate ordinaria, dico q̃ Papa nõ solet
4 † dare literas ad beneficia vacatura, c. 1. de concesſ. præben lib. 6. nam de consuetudine rationecuriæ beneficia electi, & consecrati, ante adeptam possessionem episcopatus conferuntur, licèt electus non sit plenè translatus, ſm gl. in d. clem. 1. in ver. collato. & Rom. consi. 235 Quo ad primum, non credo tamen q̃ de consuetudine curiæ conferantur beneficia sponsi de futuro ante contractum matrimonium, quia ut supra dixi, sponsus potest discedere a sponsalibus, non sic episcopus consecratus, quia ordo, & caracter iam impressus, ab eo auelli non potest, c. 1. & per totum, de sacra. non iteran. & si daret, non est dubium, quod ea poterit reuocare. l. eius est nolle. ff. de reg. iu. nam & sine cã potest (si velit) auferre beneficium ei, cui iam erat plenum ius in beneficio acquisitum, ſm Ant. de But. in c. constitutus, de relig. dom. & etiam priuilegia per ipsum concessa potest, qñ vult, reuocare. c. veniẽs. de pręscr. vnde esto, q̃ daret literas, remedium erit, q̃ illi quib. voluerit sponsus resignare, obtineãt prouisionẽ a Papa cum derogationib. & reuocationib. quarumcumq; concessionum in forma amplissima. possem pręmissa alijs iuribus, rationibus, auctoritatib. comprobare, sed quia omnia clarè procedunt, non implebo folia, ubi non est opus. Laus Deo.

RESPON. II.

LIcèt Ex ijs uerbis, promitto non accipere aliam in uxorem, nisi ipsam Ioannam, matrimonium contractum dici non possit: quia uerba in futurum concepta sunt, minusq; sponsalia ex ui dictionis nisi, nec utrisque ex ui protestationis factæ per ipsam Ioannam contractum uideatur, ex qua protestatione actus sequentes declarantur. Nihilominus secundum ea, quæ proponuntur, non sine peccato Alexan. prædictam Ioannam dotatam famosamq; eius uxorem, & ita ab eo appellatam, & cum qua diu cohabitauit, & ex qua liberos suscepit, nullo iure recusare potest.

S V M M A R I V M.

1 *Verba menti deseruiunt, & non intentio uerbis, quare de uerbis non curatur si de mente constet.*
2 *Instrum. ntũ dotis separatũ a cõtractu matrimonij, matrimonium probat.*
3 *Est in electione deflorantis uirginem, aut eam capere, aut dotare, uel pęnã corporalem subire de iure canonico; sed de iure ciuili relegatur, & dimidia bonorum suorum confiscatur.*
4 *Duo testes etiam fœminæ sufficiunt ad probandum matrimonium.*
5 *Mutua confessio coniugum pro matrimonio facta, matrimonium probat.*
6 *Sponsalia de futuro secuta copula, transeunt in matrimoniũ pręsumptum, contra quam præsumptionem non admittitur probatio.*
7 *Nominatio, cohabitatio, & fama, iuncta cum constitutione dotis, plenè probant matrimonium.*

Respon. interpreta.

IN causa Matrimoniali nobilis dominæ Ioannę Bonæ, adeo copiosè, & subtiliter scripsit eximius Doctor do. Petrus Alberti, ut uix quicquam addi posse uideatur, qui tamen exoratus fui, ut iuridicam prædicti d. Alberti elucubrationem comprobarem, hæc pauca uolui pro eius desiderio, non pro rei exigentia, subiungere. Solum in pręsenti causa dubitationem facere uidentur uerba illa negatiue cõcepta, promitto non accipere aliam in uxorem, nisi ipsam Ioannam, non enim per hęc uerba potest dici contractum matrimonium, quia de futuro, nec etiam uidentur contracta sponsalia, quia dictio illa, nisi ipsam, isto casu habitum tantum ponere uidetur, & non actum, dictio enim, nisi, adiecta dispositioni negatiuæ illud tantum ponit, quod præcedens dispositio negabat, l. actione. C. de transactio. c. cum accessisset, de constitutio. uerum in casu isto pręcedens dispositio negabat habitum, & potẽtiam solum, non actum, ergo dictio, nisi, sequens, ponit potentiam

& habitum tm̃, nõ autem actum, & sic sensus est, q ipse Alex.
possit, si velit, ipsam Ioannam desponsare, & non possit aliam.
Aliud etiam vr̃ dubitationem augere, quia d. Ioanna non erat
præsens, qñ fuerunt prolata suprascripta verba, & ideo licet ex
post per signa exteriora ipsa d. Ioanna videatur consensisse, tñ
consensus alterius ex interuallo subsequens vitiat ꝯtum matri
monij, sicut et vitiat stipulonem. l. 1. § qui præsens. ff. de verb. obl.
Ita determinat Arch. in c. sufficit. 27 q. 2. & tanto magis in casu
illo, quia protestatio præcedens declarat, quo gerantur actus
subsequentes. l. Nesennius. ff. de neg. gest. l. qui in aliena. §. fi. ff.
de acq. hær. sicut ergo prius d. Ioanna protestata fuit amorose,
& non animo ꝯhendi matrimonium, Alex. sui copiam fecisse,
hinc cetera ex post amorose facta præsumuntur. bene facit qđ
consuluit Gem. consi. 61. incip. super promisso dubio, vbi in tee
minis dedierit, q si præcessit protestatio, per q̃ vir dicat, tu erie
amasia mea, si postea dicat eidem consentienti, poteris ita te be
ne hr̃e. q ego solennizarem matrimonium in faciem ecclesiæ:
per talia verba non ẽr sponsalia ꝯcta intelliguntur, nec matri-
monium secuta copula. sed iis, & similibus non obstantibus,
quod s̃. pro ueritate per prædictum clariss. d. Petrum conclu-
sum fuit, verius existimo ea fundamentis, & rõnibus per eum
ornate recitatis, & ex instrumentis. Primo, quia illa verba, pro-
mitto non hr̃e aliam in vxorem, nisi Ioannam, licet sint de fu-
turo, tñ ubi ex ꝯiecturis põt apparere, q volebat ꝯhere de præ-
senti, inducitur matrimonium, fm Car. Flor. in c. ex literis. & in
c. ex parte. de spons. quia ineptitudo verborũ non vitiat consen-
1 sum, c. tua nos. eo. tit. verba † enim deseruiunt intentioni, & nõ
intentio verbis. c. secundo requirit. de appel. l. cum virum. ff. de
fideic. & verba subsint consensui tanq̃ suo originali, dixit Bald.
in c. mandatum. de rescrip. In proposito casu non vna, sed plu-
res subsunt coniecturę, ex quibus apparet q Alex. volebat ꝯhe-
re de præsenti. Prima ꝯiectura est, quia inter ipsum Alex. & pa-
trem dictæ Ioannę prius agebatur de ꝯhendo matrimonio, vt
dicunt duo religiosi, & duo laici, & ista sola est sufficiens ad de-
clarandum illa verba ambigua. ita Spec. in tit. de spon. in princ.
ver. quid si ita dixero, quem sequuntur Mod. in d. l. actione. Se-
cunda coniectura est, quia in ꝓbõne, & scriptura talium verbo-
rum fuit constituta & ꝓmissa dos, quę non põt esse sine matri-
monio. l. fi. C. de don. ante nup. l. 3. ff. de iu. do. hinc est, q per in-
strm dotis quo ad ipsas partes, probatur matrimonium, vt est
tex. singularis in §. illud. in Auth. vt fratrum filij, col. 9. quem
singularem adhoc appellat Bald. in auth. si quis in aliquo. C. de
eden. Bal. consi. 195. in 1. par. Inno. in c. illud. de præsump. si ergo
2 Instrumentum † dotis probat matrimonium, quando est con-
fectum, separatum a ꝯtu matrimonij, fortius probabit, si dos
fuerit constituta in ipso contractu, vt clare dicit Card. in d. c. il-
lud. Tertia coniectura, quia incontinenti in eademmet cedula
Alex. appellat, & nominat eam vxorem suam, vnde ex sequenti
bus declarantur præcedentia. l. seruum filij § fi. ff. de leg. 1. cũ alijs
allegatis per Mod. in l. talis scriptura. eo. tit. Quarta coniectura,
quia in cedula ipsa matrimoniali inest pactum, per quod pater
d. Ioannę obligatur retinere ipsam Ioannam in domu sua vsq;
ad beneplacitum ipsius Alex. ex quo pacto, arguendo a contra-
rio sensu, quod argumentum valet etiam in contractibus. l. in
ter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. qui tex. loquitur in pacto
inter socerum, & generum, vt nos loquimur, ergo colligitur, q
dictus d. Franc. pater dictæ Ioannæ sit obligatus tradere dictam
Ioannam ipsi Alex. volenti eam traducere. illud autem pactum
implicitum necessario præsupponit verba illa, promitto nõ ac-
cipere illam in vxorem, nisi Ioannã, importare matrimonium
de præsenti, quia si vult vnum, vr̃ velle omne necessarium ante
cedẽs, l. illud. ff. de acq. hær. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. de causis. de
offi. deleg. facit l. oratio. ff. de spons. non enim põt alius obligare
patrem ad tenendum sibi filiam suam, nisi maritus. c. ex trans-
missa. de rest. spol. & c. literas. eo. tit. & nulli alteri cõceditur ven-
dicare filiam, nisi marito. l. 1. §. per hanc. & ibi legitur. ff. de rei vẽ
di. no. in d. c. illud. de præsump. per illum tex. Quinta coniectu-
ra colligitur ex copula præcedenti, ꝑ q̃ quã copulã ipse Alex. te-
3 nebatur eam in vxorem † capere, cum esset, vt præsupponitur,
virgo, aut dotare, aut pœnã corporalem subire. & in electione
ipsius est de iure can. c. 2. ubi Abb. & alij, de adul. de iure ciuil. de
bitu regulari, & eius bona cõfiscari pro dimidia. Insti. de pub. iu.
§. 3. & §. si vero. Vnde cum esset in electione ipsius Alex. vel do
tare, vel eam sibi in vxorẽ eligere, dico, ex verbis infinuit
tpis, ut sunt ista promitto non ducere aliam, nisi ipsam, vr̃ ele-
gisse eam in vxorem & ex electione ipsa inductum fuit matri-
monium de præsenti. ita in materia electionis probat tex. in l.
apud Aufidium, ff. de opt. leg. vbi si legatarius hñs ius eligendi
vnam ex pluribus rebus legatis, dicat promitto, vel volo accipe-
re istam. ex hoc statim consummata est electio, & tunc illa res
electa efficitur sua, ergo idem in casu isto. bene facit doc. Bar. in
l. serui electione, in prin. ff. de leg. 1. cum ibi copiose adductis p
Mod. Si enim Alex. interrogatus a iudice dixisset, promitto no
accipere aliam, nisi eam, videretur elegisse eã traducere, & non
dotare, sic idem si interrogetur a patre, idem rñdit, nam tunc
verbum nisi, non põt ponere potentiam tm̃, quia tenebatur al-
terum precise facere, d. c. 2. de adul. & q ista fuerit intentio par-
tium, constat ex dictis illorum duorum religiosorũ qui subscri-
pserunt se in dicta cedula, & qui aperte deponunt, q Alex. tem-
pore dictę cedulę, dixit, & cõfessus fuit, q d. Io. erat eius vxor, &
q eam pro sua vxore tenebat. illis enim duob. viris, maximè re-
ligiosis, plene creditur. c. consultationi. de spons. & q credatur
testibus, qui se subscripserunt, qñ deponunt perfecte de conten
tis in apocha, firmat Bar. in auth. & si ꝯtus. C. de fide instr. Pan.
in c. 2. eo. tit. Mod. ꝑclare in l. admonẽdi, de iureiur. & hoc quo
ad cedulã, verum ẽt ex solis testib. vr̃ concludenter probatũ ma
4 trimonium, ꝓ cuius dilucidatione præmitto q duo † testes, ẽt
fęminę, sufficiant ad probandum matrimonium. c. super eo, el
2. de testi. si modo discutiantur dicta testiũ diligenter, inuenietur
ꝓbatum matrimonium non solũ a duob. verum ẽt a plurib. &
non vno medio, sed diuersis. Primo, ex ꝯfessione ipsius Alex. de
qua ponit Fran. Melini primus testis. & Lud. Buro. & confessio
5 ne ipsius Ioãnę de qua cõstat ex dictis plurium quę ꝯfessio † ꝓ-
bat, qñ agitur de matrimonio, fm gl. Pan. & alios. in c. super eo.
qui cog. consan. vx. suæ. & est tex. in c. 2. & ibi no. Pan. de cland.
de spon. Host. in Summa de matri. col. 2. §. & qualiter. ver. sed si
ambo. Ro. sing. 614. inc. Tu audiuisti. tex. in l. fi. C. de trans. Scdo
nec ob. q sit facta absente parte, quia quicquid sit de iure ciuili,
de æquitate canonica non requiritur partis præsentia, fm Ant.
Card. Imo. & Mod. in c. si cautio. de fid. instr. & ista opi. est *cõis*
ita Dec. loquens in cã matrimoniali consi. 163. col. 2. in princ.
Pręterea ista confessio fuit reiterata pręsente dicta d. Ioãna &
acceptante, ut attestãtur Ioãna, testis nonus & Lud. decimus te-
stis. Scdo constat matrimonio ex dicto ꝑdictę Ioãnę testis, &
Ludouici, qui contestes clarissime deponunt Alex. & dictã d.
Ioannã in eorum pręsentia per verba de præsenti dicẽdo. Ego
do tibi meum corpus in signum matrimonij, & tangendo sibi
manum inuicem ꝯseruit matrimoniũ, per quę verba cum cõ-
sensum demonstrent matrimoniũ, legitime ꝯtum fuit. c. si in-
ter virum. de spon. Tertio, posito q per verba, de quib. in cedu-
la, nec per aliqua alia non esset ꝯtũ matrimoniũ de pñti, tñ ne-
gari non põt quin per talia verba, de quib. in cedula, non sint
6 ꝯcta sponsalia de futuro, quę secuta † copula transeunt in ma-
trimoniũ præsumptũ tali præsumptione, ꝯ quam non admittit
ꝓbõ in ꝯtrium, c. is, qui fidem. de spons. & hoc latius deductum
fuit per prędictũ d. consulentem. Et eo maxime, quia vltra spõ-
salia, & copulam constat de cohabitatione, de constitutione
dotis de nominatione, de osculo, de procreatione liberorum,
de confessione partium, de trãsmissione munerum, de tractatu
matrimoniali, de fama, quæ licet singula non probent, vnita tñ
probant, ut supra dixi, ut est casus in dict. cap. illud, de præ-
sump. ubi ex nominatione, † cohabitatione, & fama, maxime si
appareat de ꝯstõne dotis, dr̃ concludenter probatũ matrimo-
nium, & quanq̃ in hoc casu ista cohabitatio non fuerit decenna
lis, tñ concurrunt talia plura indicia, quæ operant tm̃ quantum
cohabitatio diuturna. Non enim diuturnitas cohabitationis
est necessaria, vbi alia indicia sufficienter cõcurrunt, vt conclu-
dit ibi Car. & Ant. ¶ Ex præmissis remanent resoluta s̃. in oppo
situ deducta; & specialiter rñdendo ad primum, dum dr̃ q uer-
ba illa sunt de futuro, & ꝯñr non inducunt matrimonium de
pñti. Ego rñdeo verum esse, nisi aliter appareat de mente par-
tium, de qua apparet in casu isto, ut patet ex s̃. allegatis. nec re-
fragatur, q d. Ioãna esset absens, & consenserit ex interuallo, q̃a
cõis opi. est ꝯ. Arch. q matrimonium ualeat, dato q consensus
alterius subsequatur ex interuallo, fm Host. Io. And. & alios. in
c. dilectus. de spons. Host. & Car. in c. ex literis. el 2. eo. tit. Pręte-
rea, ut dr̃, pater dictę Ioãnæ habebat mandatũ speciale ad hoc,
certum aũt est q per procuratorẽ, imò per nunciũ, matrimoniũ
ꝯhi posset, c. fi. de proc. lib. 6. Pan. in c. ex parte, el 2. de conuer. cõ-
iug. non obstat dum dr̃, q verba illa ponunt tm̃ potentiã, & sic
non inducũt spõsalia de futuro, quia in ꝯtrium est cõis opinio, vt
per Pan. & alios, in d. c. ex literis. & si recte ꝯsiderentur prima ver
ba negatiua, abnegant actum iuris, licet non actum facti, ergo di
ctio, nisi, subsequens ponit potentiã, & actum iuris. Non ob. q
protestatio pręcedens declarat, quo animo gerantur actus sub-
sequentes, q̃a verum in dubio, secus si clare constet de ꝯtra vo-
luntate, prout constat manifeste in casu isto. Tertio rñdetur, q
remota ẽt cedula, dr̃ ex testib. constare de uero matrimonio,
vt s̃. demonstraui. Ex quib. oĩb. concludendum restat, d. Alex.
nõ posse sine peccato recusare eam famosam vxorem attento
maxime (ut præmissum est) q liberos suscepit. Laus Deo.

RESPONSVM III.

CVm Regulariter duo testes sufficiant ad proban-
dum quodcunque negotium, Ideo videbatur
prima fronte bene iudicatum, & rñè ac rectè relatum
iuramentum suppletorium fuisse Ioanni Paulo, qui
matri

matrimonium contractum in forma per verba præsentia inter eum, & Gaspardam Chabettæ, per duos testes probauit, etiã dato q̃ vnus testis integer non esset, dummodo alter omni exceptione careat. Veruntamen quoniam ſm ea, quæ proponũtur, testes pro parte Ioannis producti nõ sunt omni exceptione maiores, prout in matrimonio requiritur, sed varii, & cõtrarii sunt, ac vnus est amicus amicitia inordinata, ideo nullam penitus fidem faciunt. Quid, q̃ etsi dictum matrimonium semiplene probaretur, nullo tamen iure iuramentum suppletorium eidẽ Ioãni per iudicem erat deferendum, quia iuramentum huiusmodi deferri non debet, nisi probo viro, & cui nihil opponi possit, et maxime deferendum non est verisimiliter deieraturo. Sed Ioannem ob intestinum amorem, quo dictam Gaspardã prosequitur non deieraturum quis affirmabit? aut saltem non præsumat? cum amantes amẽtes esse facile constet. Quare male iudicatum per iudicem a quo, & bene per Clementẽ a delatione prædicti iuramenti appellatum esse respondi.

S V M M A R I U M.

1 *Regulariter duo testes sufficiunt ad probandum quodcunq; negotium. & quid in causa matrimoniali. uide nu. 4.*
2 *An iuramentum suppletiuum parti ueniat deferendum, & quomodo procedat & uide nu. 18.*
3 *An in causa matrimoniali liceat deferre iuramentum suppletorium? uide quomodo procedat nu. 15.*
5 *Amicitia inordinata repellit testem a testimonio.*
6 *Testis habens affectionem ad causam, generaliter repellitur.*
7 *Testis ratione conuersationis, & familiaritatis, repellitur a testimonio.*
8 *Testis ratione paupertatis redditur suspectus adeo, quòd non est omni exceptione maior.*
9 *Testis contrarius non admittitur & uide nu. 12.*
10 *Testis uilis, exercens artem uilissimam, non admittitur.*
11 *Minor uiginti annis repellitur a testimonijs in criminalibus.*
13 *Testes contrarij reducuntur ad concordiam, non ut probent, sed ut excusentur a periurio.*
14 *Testes utentes eisdem uerbis, eodemque sermone, subornati præsumũtur.*
16 *An ualeat argumentum de matrimonio spirituali ad carnale.*
17 *Decisio Panor. & sequacium in c. mulieri, quomodo procedat.*
18 *Geminianus fuit maximus Canonista.*

Qui ueritas est, me dirigat in uiam ueritatis.

Respon. interpreta.

VIsis Sentẽtia, & attestõnib. productis in cã matrimoniali, quæ vertitur inter Ioannẽ Pauli actorem ex vna, & Clementẽ de Puteo, & Gaspardã Chabettæ reos ex altera. Prima consideratione videbatur mihi bene iudicatũ, quia duob. testib. probarut matrimoniũ prius fuisse ɔ̃ctũ inter ipsũ Ioannẽ & Gaspardam. Regulariter. n. duo
1 † testes sufficiunt ad probandum quodcunq; negotiũ. c. in omni negotio de testib. l. vbi numerus, ff. eo. Et ad ꝓbãdũ matrimoniũ c. super eo. el ij. extra eod. tit. Duo enim testes, uidelicet Gregorius Martini, & Honoratus Baioli, deponunt qualiter itinere publico Apres de celuy sainct Piere de piere, dictus Ioannes dixit ipsis duob. testibus, Vous autres me serez tesmoingz commẽt Gasparde me dõne son corps. Ne sais tu pas Gasparde? La quelle respondit, ouy bien. Et idem Ioannes respõdit, & ie le recois. Et postea ipse Ioannes dixit. Et ie te dõne mon corps, en nõ de mariage. & ipsa Gasparda respondit, & ie le recois. Et tunc se inuicem osculati sunt, &c. Per quæ verba cum sint de præsenti, & prolata in forma matrimonii, proculdubio videtur contractũ verum matrimonium. c. ex literis. c. tua nos. de sponsa. Nec obs. videtur, q̃ Gregorius primus testis sit amicus, & familiaris dicti Io. quia cũ Honoratus, alter testis, sit integer, & omni exceptio-
2 ne maior, potuit iudex a quo deferre † iurã dicto Ioanni in supplementum probationis, ex quo iurõ suppletorio resultat perfecta probatio. l. in bonæfidei. C. de reb. cred. c. fin. de iureiur. & licet gl. in c. mulieri, eo. tit. & in l. ait prætor, la. 1. ff. eo. ti. in fi. prin. ☞ & ibi Bar. & alii cõiter concludãt, in causa matrimoniali non esse deferendum iurã in supplemẽtum, quia causa matrimonia-
3 lis dicitur † causa ardua, ſm Spec. in tit. de rescrip. præsenta. §. ratione quoque formæ. & Pan. in c. causam matrimonij. de offi. de leg. cum concordantib. de quib. per Mod. in c. si pro debilitate. eo. tit. Tamen vbi reperitur, actorem plusquam semiplene probasse, põt iudex, cõsideratis qualitatib. personarum, & causæ, deferre iurã in supplementum, puta si actor fuit vir optimæ vitę, neq; sit inferior puella, contra quam agit, & habeat duos testes, vnum integrum, alium nõ omnino integrũ. ita formaliter concludit Pan. in c. mulieri. col. 3. ver. ego in dubio crederem. quem sequuntur Pau. Sal. Alex. & Ias. in d. l. ait prætor. la. 1. ad fi. princ. ff. de iureiur. & idem Ias. in l. admouendi, eo. ti. & Iaco. Aufreri. Tolosana decis. 172. & Alex. consil. 119. alias 122. uiso processu. lib. 2. & Bal. cons. 123. causa matrimonialis lib. 2. Quorum auctoritatibus do. Iudex a quo motus fuit ad deferẽdum iuramẽtum ipsi Ioanni, & iudicandũ pro eo. Præmissis tñ non obstantibus, intrepidè respondeo, male & pessime fuisse iudicatum, & bene appellatum. Et ad istud clarissime demonstrandum duo faciam. Primò ostendã non fuisse semiplene probatũ matrimoniũ inter ipsum Ioannem & Gaspardam. Secundo demonstrabo ẽt si fuisset plusquam semiplene probatũ, non tñ iudicem debuisse, nec potuisse deferre iurã in supplementum ipsi Ioanni actori. Pro cuius dilucidatione præsuppono vnam concl. notissimã in
4 cã † matrimoniali, maxime quando agitur de dissolutione alterius matrimonii, requiruntur testes omni exceptione maiores, secundum gl. in c. 1. & ibi Pan. in quarto not. de consan. & affin. & in c. in literis. in gl. fi. de testib. And. Sic. consi. 45. col. 1. lib. 1. & consi. 54 col. 1. eo. lib. Decius consi. 310. uisis diligenter. Et requiritur, q̃ sint rogati secundum Spec. tit. de testi. §. 1. versi. Item q̃ non fuit rogatus. & gl. in c. testes. §. de iis. 3. q. 9. & in c. si testes. 4. q. 3. And. Sic. in d. cons. 45. col. 1. & Decius in d. consi. 310. Istis sic præmissis, respondeo matrimonium non fuisse semiplene probatum per Ioannem actorem. duo. n. tantum deponunt de huiusmodi prætenso matrimonio. s. prædicti Gregorius, & Honoratus, & neuter potest dici testis omni exceptione maior. nã Gregorius primus testis est amicissimus ipsius Ioannis, ut patet ex depositione eiusdem met Gregorii, qui deponit, q̃ poneret uitã
5 pro ipso Ioanne, amicus. n. † qui pro amico testificatur, non dr̃ integer testis, nec omni exceptione maior, secundum Anto. & Pan. Imo. & alios, in c. quoties. de test. Alex. consi. 13. & consi. 18. lib. 1. & Dec. consi. 163. ubi dicit, quod testis beniuolus parti, non potest dici omni exceptione maior. immo propter amicitiam inordinatam non solum fides diminuitur, sed etiam potest testis a testimonio repelli, secundum Bal. in c. 1. de test. Consideret autem integritas iudicis ad quem, an iste testis, qui affirmauit, q̃ poneret uitam pro Ioanne, sit ei amicus amicitia inordinata. Nam si uitam poneret pro eo, etiam testimonium uerisimiliter mutabit. Secundo non est integer testis alia ratione. quia interrogatus respondit quod uellet ipsum Ioannem reportare uictoriam. Ex hoc arguitur q̃ habet affectionem ad cãm in fauorem ipsius Ioannis, ergo eius testimonium reiiciendum. Ita in proposito decidit Cępolla caut. 74. testib. examinandis. & generaliter
6 habens † affectionem ad causam, repellitur. l. si. de testib. maxime in causa matrimoniali, secundum Panor. in cap. uidetur. qui matrim. accus. poss. & Dec. in d. consi. 100. col. 3. Tertia ratione suspectum est testimonium huius testis, quia est familiaris, & conuersatur quotidie in tabernis, & popinis cum dicto Ioanne, ut ipsemet testis fatetur, & aliis testibus comprobatur. Ratio-
7 ne autem conuersationis, † & familiaritatis repellitur testis. c. repellantur. de accu. bene facit quod dicit Bar. in l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad Turpil. & traditur per Guido. in trac. malefi. in ti. de prin. & iud. co. 5. Item quarta ratione non est integer testis, quia
8 nihil possidet, & sic † pauper. Ratione autem paupertatis testis redditur suspectus, ita q̃ non potest dici omni exceptione maior. l. 3. ff. de testi. & in causa matrimoniali, quæ æquiparatur causę criminali, propter eius arduitatem. Nam de statu hominis, & perpetua seruitute tractatur, secundum Alex. consi. 143. quoniã abunde, lib. 2. Item quinta ratione hic testis nullam fidem facit,
9 quia est sibi † contrarius. c. cum tu. de testi. l. qui falsa, uel uana. ff. eo. nam prius deponit, quod nesciebat, an Ioannes esset talia facturus, postea in secundis interrogatoriis respondet, quod in itinere Ioannes ei prædixerat, quod Gasparda expectabat eũ ad S. Petrum, quæ uolebat eum alloqui, & q̃ dẽret secum ire. Pluribus etiam aliis rationibus testimonium huius testis non est recipiendum, quas seriosius deduxerunt præstantes domini Aduocati dicti Clementis, ad quos me remitto. Secundus etiam testis Honoratus Baioli, non potest dici integer testis, quam pluribus
10 etiam rationib. Primo, quia est uilis † persona, exercens artem
11 uilissimam macellarius. Secundo, quia est minor † uiginti annis, qui in criminalibus repellitur a testimonio, l. in testimonium, ff. de testi. ergo etiam in causa matrimoniali, quę causę criminali par est, ut sup. dixi. Tertio, quia ɔ̃riatur Gregorio primo testi in
12 pluribus, unde cum sint inter se † contrarii, & uarii, neuter probabit, dic. c. cum tu. & d. l. qui falsa. Contrariantur primo in tpe, quia unus deponit ɔ̃ctum fuisse matrimonium circa meridiẽ. s. in. & 12. horam, alter dicit inter meridiem, & uesperas. discordãt etiam in loco, quia unus deponit, q̃ Gasparda erat in itinere ꝓpe oratorium S. Petri, quando Ioannes uocauit ipsos testes, ut adessent matrimonio. Alter uero dicit, quod uidit Gaspardam dans le iardin de Carmentray. & quod a uia discessit Ioannes, & accessit ad eã, & paulo post idem Ioãnes uocauit ipsos testes, ut illuc accederent. Ecce aperta discordia, & contrarietas, quia unus dicit, quod transeundo ante oratorium S. Petri inuenerunt ibi Gaspardã, & ibi fuerunt rogati, ut essent testes. Alter dicit, quod eundo omnes tres uersus S. Petrum, uiderũt Gaspardam a longe uenientem du iardin de Carmentray. & quod ab ipsis testibus recessit Ioannes, & iuit ad Gaspardam, & postea ipsi testes uocati illuc etiam accesserunt, & sic discordant in duobus. Primo in loco, in quo inuenerunt Gaspardam. Secundo

in loco, in quo dr̃ celebratum matrimonium. Item in alio discordant, quia vnus deponit, ꝙ ꝓ̃cto matrimonio Gaspard a iuit versus suum iardinum. Alter vero dicit, ꝙ iuit versus S. Petrum. Nec vlla concordia vr̃ posse adaptari, & vbi aliqua subtili consi
13 deratione possent concordari, tñ talis concordia † admittẽda foret solum, vt testes euitarent periurium, non ut probarent sm̃ Io. And. in add. Spe. in tit. de test. §. iam de interrogatoriis. Ant. & Pan. in d. c. cum tu. Alex. in consi. 116. li. 1. Adde, ꝙ alia ratione
14 non videntur integri testes, quia eisdem verbis, † eodemq; sermone vtuntur in eorum depositionibus; quo casu subornati pſumuntur, vt in cã matrimoniali rñdet Dec. consi. 163. Adde ẽt, ꝙ non fuerunt rogati prout requiritur, & licèt fuerint requisiti per Ioannem Paulũ, vt essent testes, tñ hoc non sufficit, q̃a oportet, ꝙ ab ambab. partib. rogentur, vt per gl. in §. nos autẽ, in Auth. de tab. & per Ange. in §. & licet, in Auth. de test. super hoc tñ non facio magnam vim, quia plures sunt, qui volũt, ꝙ in cã matrimoniali non requiratur rogitum testium, quod in proposito refert Dec consi. 163. col. 4. Aliis ẽt rationib. reprobatur testimonium huius secundi testes per dños Aduocatos d. d. Clementinis, quas non repeto. Ex quib. oĩb. clarissimè constat, ꝙ nec plenè, nec semiplene, probatur hmõi clandestinum matrimoniũ. cum nullus adsit integer testis. Quib. stantib. non oportet q̃rere de iurõ suppletorio, ꝙ nunquam defertur, nisi sit saltẽ semiplenè probatum, iuxta tradita per glo. Bar. & alios in l. admonendi. ff. de iurei. Vt tñ veritas clarius elucescat, venio ad secundum, & dico non fuisse, nec esse deferendum iurm̃ in supplementum d. Ioanni. ẽt si plusquam semiplenè probasset intentionem suã, quia in cã matrimoniali, vtpotè in cã graui, & ardua, in qua de
15 statu hominis perpetuo agitur, non defertur iurm̃ † in supplementum, sm̃ glo. & *communiter* Doc. in d. l. au prætor, la. r. in pri. & in d. c. mulieri. Alex. consi. 149. q̃st abundè. lib. 2. Gemi. consi. 60. super pręmisso dubio. col. fi. Dec. in d. consi. 131. & consi. 146. & consil. 310. Nec ob. dũ dr̃, ꝙ est in arbitrio iudicis deferre, vel non deferre consideratis qualitatib. personarũ, & causę, sm̃ Pan. in d. c. mulieri. & alios s̃. alleg. Quia respondetur tripliciter. Primo, ꝙ opinio Pan. & sequacium, non est vera, & contrarium tenent Car. & Imo. in d. c. mulieri, vbi Car. inquit, ꝙ si Pontifices voluissent in cã matrimoniali locum esse iurõ suppletorio, verisimiliter statuissent in aliquo canone, cum tot & tanta iura fecerint in hac materia, & in ꝓ̃num adducit tex. in c. super eo. de testi. & contrarium tenet Gem. in d. consi. 61. vbi erat probatũ matrimonium per vnũ testem integrũ, & plures alias præsumptiones, & tñ rñdet non esse deferendũ iurm̃ in supplementum, & idem voluit Dec. in d. consi. 183. & 310. Contrarium ẽt consuluit Soc. in 1. volu. consi. 136. Præstantissime Doctor, quod est repetitum in 2. vol. consi. 153. pro quo ẽt adduco Fel. in c. veniẽs.
16 el 1. in vlt. no. de testi. Et ego comprobo arguendo † de matrimonio spirituali ad carnale, quod est optimum argumentum, c. inter corporalia de trãsla. pręla. Nam in causis beneficialib. ad præbendum titulum non defertur iurm̃ in supplementum, q̃a sunt causę graues, & quia magnum est periculum, ꝙ ecclesia regatur per intrusum, sm̃ Bal. in d. l. in bonęfidei. & traditur in c. 1. de reg. iur. li. 6. est tex. & ibi no. per Gem. in d. c. 1. de eo, qui mit. in pos. cau. rei seruan. col. fi. ita ergo dicẽdum in cã matrimonii carnalis ad probandum titulum matrimonii, ꝙ non sit deferen
17 dum iuramentum. Secundò respondetur, ꝙ decisio † Pan. in d. c. mulieri, & sequacium, ꝙ sit arbitrarium, procedit q̃n agitur solum inter virum prætendentem se contraxisse, & mulierem negantem, quæ alteri nondum est desponsata, non autem procedit, q̃n agitur de dissolutione alterius matrimonii, de quo legitimè constat. Ita notabiliter declarat Pau. de Cast. in d. l. ait prætor, in fi. prin. quem dom. Iudex a quo allegat pro iustificatione suę sententiæ, sed eam destruit, vt patet ad oculum. Et ꝙ ita sit intelligenda opi. Pan. & sequa. patet euidentissimè: quia vbi agitur solum inter virum, & mulierem non nuptam alteri, ꝓbatio per vnum testem, famam, & confessionem, est sufficiens probatio. c. j. de appel. c. veniens. el 1. & ibi no. de testi. si uero agatur inter duos contendentes de fœdere matrimonii eiusdem mulieris, si vnus probat prius contraxisse matrimonium clãdestinum per vnum testem, famam, & confessionem mulieris, & alter ꝓbat secundo loco contraxisse per duos testes legitimos, vel per instrumentũ, dẽt secundus obtinere, & illi adiudicanda est vxor, sm̃ Vincen. Doct. antiquis. Anton. & alios *cõiter*, excepto Cardinali in c. 2. de cland. despon. & ita tenet Soc. consi. 270. consideratis ns, col. 2. lib. 2. Pro ista opi. notanter decidit Cappella Toloiana decis. 171. & 172. & ibi uideatur glo. quæ optimè in terminis causam decidit, quam videre necesse est. Non ergo habet locum delano iuri, q̃n agitur de sponsa duorum, & vnus plenè probauit, & alter non. & ita signanter consuluit Gem. maximus Canonista, consi. 27. super dubiis. vbi distinguit, aut disputatur inter duos de fœdere matrimonii eiusdem puellæ, & tunc si pares sunt probationes, ferenda est sententia pro primo matrimo. c. si inter. de spon. & spon. duorum quasi per totum. Aut probationes non sunt ęquales, quia primum matrimonium non est plenè probatum, sm̃ autem est plene probatum, & tunc ferẽda est sententia pro secundo matrimonio plenè probato, c. sicut. de testi. & c. tenor. & ibi gl. in uerbo. subarrasset. de re iud. Tertiò respõdetur, ꝙ posito ꝙ alias in cã matrimoniali iudex possit deferre iurm̃ in supplementum, oportet ꝙ actor, qui petit illud si-
18 bi deferri, sit † vir optimæ vitæ, & talis, cui nihil opponi possit. ita dicit ipsemet Pan. & probatur, quia, vt sup. dixi, testes ĩ cã matrimoniali debent esse omni exceptione maiores. Is aũt, qui petit sibi iurm̃ deferri, succedit loco vnius testis. l. fi. C. de fideicom. ergo ẽt ipse dẽt esse omni exceptione maior, & non solũ in cã matrimoniali, sed ẽt in qualibet alia cã iurm̃ non defertur in supplementum personæ uili, vel aliàs infami sm̃ Bart. in d. l. admonendi col. fi. unde fœneratori non est deferendum sm̃ Io. And. & *cõiter* Canonistas in d. c. fi. & Legistas in d. l. bonæ fidei. Item istud iuramentum nunquam deferendum est uerisimiliter deieraturo sm̃ Bal. in l. 2. in 2. no. C. de ind. vid. vol. & in l. quæ sub cõdit. ff. de cond. inst. Nec ei, contra quem vehemens ea facti qualitate pręsumptio insurgit, secundum Fel. in c. 1. col. pen. de const. & no. per gl. in l. r. C. qui, & aduer. quos. Quę omnia si considerasset do. iudex a quo, non detulisset, nec deferre debuisset iuramentum in supplementum Ioanni Paulo uerisimiliter deieraturo, cum esset, & sit captus amore dictæ Gaspardæ, ut ex attestationib. plurimorum apparet. Amantes enim ut fruantur amica, utque compotes fiant, cœlum & terram destruerent, milleque periuria facerent. unde ait Amoris præceptor Ouid.

Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

& alibi inquit Poeta.

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?

cum aliis adductis in Sylua nupti. fol. 4. ad fi 4. col. ubi inter cætera dicitur, ꝙ omnia uincit amor, qui miscet omne fas atq; nefas, & ꝙ igneus ille furor nescit habere modum. hinc est ꝙ dictus Ioannes tentauit ueneno, variisque insidiis perdere ipsum Clementem, vt ex processu criminali dr̃ apparere. Ex facti etiã qualitate insurgit uehemens præsumptio, ꝙ nunquam cõtraxit matrimonium cum dicta Gasparda, quia in termino bannorũ non se opposuit iuxta no. in l. si eo tempore. C. de remis. pigno. & c. fi. de clandesti. despon. & c. cum in tua. qui mat. accu. poss. Item ex eo, quod postquam sciuit contractum fuisse matrimonium in faciem ecclesię cum dicto Clemente, protestatus est, ꝙ ipse uolebat quærere aliam vxorem, & ꝙ faceret dictam Gaspardam portare. Laguliete, & ire ad lupanar, quæ sunt euidentissima argum. quod non contraxerit cum d. Gasparda. Ex quibus, & aliis, de quibus in allegationibus deductis per alios dominos allegantes pro Clemente, mihi uidetur pronunciandum bene appellatum, & male iudicatum, & ita ego pronunciarem, si huius causæ iudex essem, ut in simili causa matrimoniali attestatur Dec. in d. consi. 133. in fi.

RESPON. IIII.

NOn Creditur Ludouico asserẽti se cognouisse Odiliam uxorem Andreæ fratris, nisi idoneis testibus, uel aliis legitimis probationibus id cõprobetur. Verum cum huiusmodi testes producti partim uarii, partim singulares, partim infames, & non uerisimilia deponentes manifeste probentur, nihil ideo probant, nullamque fidem facit Odilæ confessio facta Iacobo parochiali presbytero; tum quia ambigua, tum quia confessio coniugis cõtra maritum nullius est momenti, nisi contenta in cõfessione per testes idoneos probentur, ne sit in facultate coniugis prosilire ad cõfessionem contra matrimonium, & hac captione a matrimonio pro arbitrio discedere, quare prædictum matrimonium nullo iure dissolui potest.

SUMMARIUM.

1 *Intellectus c. de illo, de eo qui cognõ. consang. uxo. suę.*
2 *Testis uarius non probat.*
3 *Concordia testium admittitur non ad effectum probandi, sed ut excusentur a pęnis.*
4 *Infames de iure a testimonio repelluntur, nec non uiles persona, & pauperes.*
5 *Cõnfessio coniugis contra maritum nihil probat nisi adsint idonei testes.*
6 *Testis singularis, & non verisimilia deponens, idoneus non est.*
7 *Idoneus testis is dicitur, cuius fides nulla exceptione elidi potest.*

Respon. interpreta.

IN Dubiis causis maxime spiritualibus, semper putaui periculosum facere iudicium. Et ideo in cã hac separationis matrimonii libentissime recusassem respondere, nisi ꝓbitas Odilæ de Pigono multiplici testimonio mihi fuisset commendata. Studendo breuitati conabor demonstrare non fuisse probatum, ꝙ Lud. Germ. frater Andreæ, vnquam cognouerit carnaliter prædictam Odiliam, & ideo non esse dissoluendum matrimonium prætextu illicitę affinitatis. Et pro fundamẽ
1 to assumo tex. in c. de illo, † de eo qui cog. consang. uxo. suæ. vbi dicitur, ꝙ non creditur fratri asserenti se cognouisse uxorẽ fra-

tris

eris ante cõtractum matrimonium, nisi alijs idoneis testib. hoc fuerit probatũ, & in casu nostro fratris testimonium suspectissimum videri dẽt, ex eo, quia frater neque dum tractaretur matrimonium, neque post per longa tpa, reuelauit fratri impedimentum affinitatis illegitimę, seu illicitę, non enim verisimile vr, q tanto tpe fuerit in mora dandi fraternam monitionem suo fratri. c. nouit. de iud. est etiam suspectissimum ipsius testimonium, quia agitur de dissoluendo matrimonio fratris, qui diuitijs superat ipsam Odiliam pauperem comparatiuè ad ipsum Andream, arg. c. super eo, el 2. de test. merito Papa non voluit, q vltra testimonium fratris requirantur alij duo testes idonei. Discutiamus ergo testes in hac causa examinatos, & videamus, si duo sint idonei testes, qui super copula inter Ludo. & Odiliam pcta deponunt. Tres reperio testes deposuisse. Primus est Stephanus Troleti, qui variauit, vnum dixit in iudicio fori, 2 aliud in iudicio poli. Ideo tanq̃ varius † non probat. l. qui falsa, vel varia. ff. de testi. c. si testes omnes §. qui falsa, vel varia 4 q. 3. Nec obst. si dicatur, standum est primo dicto in iudicio fori, c. sicut. de testi. per quem ita tenent ẽt Card. in c. veniens. 2. col. pen. eo. tit. & Dec. consi. 185. vbi s̃ena consilia ad illud propositum adducit, quia cõcedo, q primum dictum prævalet, & ita loquuntur Doct. sed dico, q primo dicto detrahitur fides per secundum, & illud non negant Doct. Imo volunt, q talis testis non dicatur testis integer & idoneus, ita tenet Inn. in c. præterea. de testi. cog. & Card. in c. veniens. vbi infert, q ex dicto talis testis non potest iudex deferre iur̃m in supplementum. sequuntur Pan. & Fel. in c. cum tu. de testi. Imo ibi volunt, q talis testis pp magnam suspicionem falsitatis possit subijci torturę. Item contrariatur Lud. fratri, qui deponit se misisse ad dictam Odiliam vnam somatam bladi per dictũ Troleti, ipse verò Troleti deponit, q misit solum dimidiam somatam, item Lodouicus dicit, q nullus aderat, quando cognouit dictam Odiliam, nisi duo seruitores, quos in specie nominat, & inter quos non est nominatus idem Troleti, & tamen ipse attestatur, q erat præsens, quando Ludo. cognouit ipsam Odiliam, & consequenter est vnus ex testibus contra Susannam. Nec obst. si quis vellet saluare huiusmodi cõtrarietates per actuum multiplicationem. 3 iuxta no. in c. cum tu, de testi. quia talis † concordia non admittitur ad effectum, q testes probẽt, sed vt excusentur a pœna falsi, ☞ sm *communem* Doct. in l. ij. ff. si cer. pet. & in l. 1. ff. de noui ope. nunc. gl. & canonistę in c. in nostra, de testi. Ant. & Pan. in d. c. cum tu. Alex consi. 16. lib. 1. cum alijs infinitis auctoritatibus, quas omitto. Item idem Trolen fatetur de mandato dicti Ludo. subtraxisse dictam mediam somatam frumenti patri ipsius Ludouici per furtum, quo fit, vt ipse reus furti dicatur, tanquam opem furto dederit l. is qui opem. ff. de fur. & pariter furti tenetur idem Lud. l. si quis vxori. §. sed si filius. ff. de fur. Fur autem 4 est infamis. l. non debet. ff. de dolo. ergo neuter † nõ pt dici idoneus testis. l. 3. §. lege Iul. ff. de test. c. licet ex quadam. c. testimonium, c. tit. Item est vilis persona deponens in causa ardua, ergo minus idoneus, sm Spec. tit. de testi. §. 1. vers. item q est artifex, & in specie q vilitas operetur, q testes non dicantur idonei firmat Andr. Sic. consi. 32. col. 8 lib. 1. facit dictum Bar. in l. 1. §. idẽ Cornelio. ff. de quęstio. Item est pauper, ergo non integer propter præsumptionem, ne lucri causa fuerit testificatus, sm Spec. in d. §. 1. versi item q est pauper. & Barb. in d. consi 32. colum. 8. Secundus testis, d. presbyter Iacobus parochialis sacerdos deponit, q interrogata ab ipso, si cõfessa fuerat Andreæ eius marito, se antea fuisse cognitam a dicto Lud respondit ipse scit causam. hæc responsio negari non potest, quin sit ambigua, & ideo declaratio spectat ipsi Odiliæ. l. si quis intentione ambigua, ff. de iud. Et dato, q sonaret in affirmatiuam, q. d. ipse Andreas scit causam quare fuerim confessa, tamen sonaret in affirmatiuam suspectam. q. d. ipse scit, q non sui confessa spontè, sed fortè pp metum, & minas, aut verbera, vel ob aliam causam compulsiuam. Præterea dato q ipsa fuisset confessa expresse, tamen con5 fessio coniugis † contra maritum nihil probat, nisi contenta in confessione probentur per testes idoneos, c. super eo. de eo, qui cog. consang. vxo. suę. ne sit in facultate coniugis prosilire ad cõfessionem contra matrimonium. & hoc modo pro arbitrio discedere a matrimonio, vt ibi dicit Papa. Item ipse testis in hoc est singularis, & ad probandum confessionem requiruntur duo testes, vt in specie per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Nec ob. q ipsa Odilia promiserit stare eius dicto, quo casu vnus testis probat plenè, secundum Bar. in l. Theopompus. ff. de do. pręle. quia verum in his, quibus pars potest renunciare probationib. & sibi pro arbitrio præiudicare. Secus in cã matrimoniali, cuius dissolutio non pendet a facultate alicuius partis, secundum Pan. in c. mulier. de iureiur. qui per istam rationem tenet, quod in causa matrimoniali non defertur iuramentum a parte partis, nec in supplementum probationum, Gemi. consi. 33. ad fi. cum solitis concor. & ea ratione, qua propria confessio non probat contra matrimonium, eadem ratione non præiudicabit matrimonio consensus & promissio standi dicto vnius tantum, nisi adsit alia sufficiens probatio. d. l. super eo d. Tertius testis Petrus Gaudem. deponit non verisimilia, & sibi inuicem repugnantia. dicit. n. q vidit Ludouicum tunc eius dominum volentẽ defloxare Odiliam, & eam amplexantem, & q se occultauit, donec opus esset consummatum, postea subiicit, q ingressus dixit dño suo, vos estis bene insanus. Consideret quilibet sensati cerebri, an sit verisimile seruum reprehendere dominum de delicto, cui poterat obuiare, & noluit. Certè non cadit in mentẽ: non n. caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare, & error cui non resistitur, approbatur. c. error. & c. consentire. 83 d. c. qui consentit. 11. q. 3. Si ergo error fatetur approbasse quomodo verisimile est, q postea redargueret magistrum, quis credit hoc? Scriptum est. n. apud Apostolum, maiorem te ne re6 darguas. cum itaq; verisimilia non deponat, nõ est idoneus † testis, imò suspectus de falsò, vt dicit Pan. in c. quia verisimile. de præsum. Barb. consi. 47. nu. 33. vol. 1. Præterea est singularis. dicit. n. q vidit Lud. cognoscere Odiliã de die paulo ante vesperas. Troleti vero dicit, q vidit de nocte, & sic tanquam singulares non probant. l. iusiuran. C. de testib. c. in omni negocio, cũ sing. de test. sic. n. deponebãt testes contra Susannam, vnus. n. dicebat sub pinu, alter sub ficu. Ex præmissis restat concludẽdum, q nul7 lus istorum testium dicitur idoneus, † quia is idoneus testis dicitur, cuius fides nulla exceptione elidi potest, sm glo. in §. itẽ verborum, in verbo, idoneos. Inst. de inut. stip. Restat etiam concludendum, non fuisse probatam copulam Ludouici cũ dicta Odilia, quia vltra confessionem ipsius Lud. requiruntur alij duo testes idonei, d. c. de illo, qui non reperiuntur in hac causa, igitur &c. Et credendum est, q si dicta Odilia haberet amplum patrimonium, q Andreas, qui cum ea stetit spatio plurĩu annorum, non recusaret eam, d. c. super eo. de testi. Laus Deo.

Responsa acutissimi I. V. D. Ioan. Fran. Ripen. a S. Nazario, explicit Lib. 4.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO, IVRISCONSVLTI EXCELLENTISSIMI,

In Decretalium Librum quintum absolutissima Responsa,

Nunc postremò maiori, quam hactenus vnquam factum sit diligentia recognita, & repurgata.

De adulterijs & purgatione canonica.

RESPONSVM I.

MOnachus Adulter, & ex confessione propria de adulterio conuictus, & carceribus detentus, alium monachū sist de adulterio accusauit. Quæstionis est, an pstet indicium sufficiens ad torturam? quod manifeste negatur; debet enim probatę vitæ, & vinculis, ac carcere solutus esse, qui crimen obijcit, quinimo accusatus, nec carceribus committendus, nec torquendus est, & si mille indicia sufficiātia extiterēt, si de hmōi crimine diffamatus alter nō apparebat: nam clericus ad pœnam purgandam nullo iure carcerari potest, nisi crimen confessus, vel de eo conuictus fuerit, licet tacti infamiam porgatione canonica purgare habeat.

SVMMARIVM.

1 *Vnus testis, omni exceptione maior, facit indicium ad torturā, alias secus.*
2 *Vinculis, vel carcere detentus, non admittitur ad testificandum contra aliquem in causa criminis.*
3 *Clericus, etiam si adsint mille indicia sufficientia, non est torquendus, nisi prius sit de tali crimine diffamatus.*
4 *In criminalibus probationes luce meridiana clariores requiruntur.*
5 *Clericus ad pœnam purgandam non potest carcerari, nisi prius cōfiteatur uel de crimine conuincatur.*
6 *Purgatio canonica indicitur etiam ad tollendam infamiam facti.*

Respon. interpreta.

QVidam Munachus adulter, & de adulterio ex confessione propria conuictus, impulauit seu accusauit alium monachū sist de adulterio. Itē existente dicto monacho adultero in carcere, alius ab eo accusatus noctis tpe ad instigationē, & vocationem alterius carcerati in contiguo, in carcerē venit ad cellam dicti accusati, dicendo φ accusator carceratus volebat eum alloqui, & sibi narrare cās, quare eum falso accusauerat, qui ad carcerē accessit, & quē primum ibidē fuit is, q eum vocauerat, carcerē clausit, pp quod Abbas velle vr procedere ꝯ dictū monachū, tam ob accessum, q̄ ob accusationē dicti adulterij, & quia noctis tpe sine licentia iuit ad dictum carceratū, quē iam quatriduo cū pane, & aqua, & quatriduo sine aqua in carcere detinuit, & q exinde examinatus fuit relaxatus. Nunc q̄ritur, an dictus adulter, qui aliū accusauit, qui ad eum accessit tpe noctis, faciat sufficiens iudiciū ad torturā, siue ad detentionē in carcere cū pane & aqua, seu habeat ipsum infamare, ita φ necessaria sit purgatio canonica? Cbri beatorumq; Siri, & Augustini, Patronorū meorum implorato suffragio. Circa primū, an facit dictus adulter indiciū ad torturā; breuib. ꝯcludendo arbitror, φ nō, qa ad hoc, vt vnus
1 testis † faciat indiciū sufficiens ad torturā, oportet φ ꝯ eum nihil possit opponi. l. maritus. vbi Bart ff. de quæst. At adulter non solū nō est integer testis, immò nullatenus admittitur, sed totaliter repellitur. c. ꝯstituimus. 3. q. 5. vbi casus expressus. & rō est, qa est infamis, vt ibi dr. dignum quippe est, ut vita innocētis pernicioso accusatore non maculetur. c. dignū, 3 q. 9. & criminosus maxime ꝯ clericum repellitur a testimonio, c. super eo. de testi. debet. n. esse probatę vitæ, qui crimen obijcit c. testimoniū. c. licet
2 vniuersis, & c. in literis, eo. tit. Scdo, qa detentus in † vinculis, vel in carcere, non admittitur ad testificādū ꝯ aliquē in cā criminis, c. si testes. §. item lex Iul. 4. q. 3. Possem ad istud ꝯprobādū infinita adducere, sed superfluū puto, qa clarū & notoriū est. Tertio, quia de se confessio aduersus alium in codē crimine nō est credendū. c. veniēs el 2. de testi. & ibi Pan. in vlt. no. qd fortius, ēt si
3 extarent mille indicia † sufficiētia, non dēt clericus poni ad torturā, nisi sit de tali crimine diffamatus, sm singulare dictū Abb. in c. grauis. de depo. sequitur Pan. in c. cum in ꝯtemplatione. de reg. iur. & Io. de Ana. in c. 1. col. 8. de cler. percu. ergo hic clericus monachus nondum diffamatus torqueri non poterit. Item accusator excōmunicatus, quia introduxit fœminam in claustro ꝯ statutum monasterij, ergo eius testimonium nullam fidem facit, c. veniēs. 2. de testi. c. si hrticus, 2. q. 7. c. infamis. 3. q. 7. Non aūt aliqd indiciū facit accessus noctis tpe ad carcerē, qa aut volumus dicere, φ accessit, vt aliq̄ iniuriā inferret accusatori, & q̄ū ad delictū adulterij nihil opabit hęc psumptio. Aut volumus dicere, φ accessit, vt diuerteret accusatorē ab accusatione, siue testimonio pbato ꝯ ipsum, & tūc talis ꝯiectura potius interpretāda est in bonā partē. s. vt voluerit retrahere accusatorē ad veritatē, & a pcō, qa falso eū accusauerat, l. merito. ff. p soc. c. si. de psump. licē nō negabit, quin hmōi psūptio nō sit ambigua, ergo nullā fidē facit. c. in pñia. de pba. l. nō hoc. C. vñ cogna. & maxi-
4 mè in crialib. in qb. † pbōnes debēt esse luce meridiana clariores. l. fi. C. de pb. & c. sciāt cuncti, 2. q. 8. & ita in terminis ꝯsulnit Pet. de Villa, alias de Anch. ꝯsi. 253. in q. pbyteri Caroli. Circa sm, an faciat indiciū sufficiēs ad intrudēdū ipsum monachū car-
5 ceribus? Rñdeo ēt φ nō, qa Clericus † ad pęnā purgandā non pt carcerari, nisi fuerit ꝯfessus, vel de crimine ꝯuictus. c. q̄uis. de pę.
6 li. 6. Circa tertiū, arbitror, φ dictus monachus ad tollendā † facti infamiā dēat se purgare purgatione canonica. c. Mēnā. & c. hēt. ij. q. 5. Host. in Sūma, de inqsi. §. qs sit effectus. ver. fin aūt de crimine. Si tñ pponat aliū munachū carceratū sustinere vices accusatoris, rñdeo purgationē canonicā nō esse inducēdā, qa purgatio canonica tūc demū inducit, cū accusator deficit. c. si quia presbyter. c. quoties. de purg. can. & si accusatus nō esset de delicto diffamatus apud graues viros, ēt φ accusator ab accusatione destitisset, posset purgatio omitti. c. cum dilectus. eo. tit.

De vsuris.

RESPONSVM I.

QVoniam lā ꝯstitutū est p florenis 100. annoā pēsionē floren. x. p Martinū 4. & Calixtū iij. Pōt. Max. ꝯstitui licite posse. Iō exceptio vsurarię prauitatis ex aduerso proposita nullo iure admittenda est, & maximè cū d. Honoratus sin es, q̄ pponunt, vti fideiussor d. Capardi iuste se ꝯtēdat indēnē, ac illęsū ab eo. seruari p sūma flor. xl. annuę pensiunis p qb. xl. iā idē Capardus ab eo. d. Honorato flor. 400. recepērat, quare nihil iustū nihilq. sāctū ex aduerso pponi pōt, cur Capardus bonā fidē fideiussoris agnoscere non teneat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus continentes pensionem annuam de decem pro centenario cum pacto luendi, liciti iudicati sunt.*
2 *Fideiussor, qui iurauit soluere vsuras, licite eas soluere potest, & illas repetet a fideiussore, pro quo fideiussit.*
3 *Nemo iactare suum velle presumitur.*
4 *Principalis tenetur fideiussorem indemnem releuat.*

Respon. interpreta.

DOminus Honoratus Ruffi p florenis mille vendidit pensionē annuā flor. centū dñæ Abbatissę, & monialib. S. Marię de Nazaret, ciuitatis Aquē. super oīb. bonis suis, & spāir sup castris de Ancono, & de Alamano cū pacto luendi pñte dño Ant. Capardi, cui idē do. Honoratus die immediate seq. tradidit flor. quatuorcentū ex dictis flurenis mille. Pro quib. idē Capardus vēdidit eidē do. Honorato pensionē annuam flor. xl. cum pacto luendi. Et in oīb. & per oia, prut ipse tenebatur dictæ Abbatissæ, & munialib. Nunc do. Honoratus agit ꝯ Capardum, vt sibi soluat pensionem, q̄ sibi cōstituit, & pro eo soluit pfato monasterio, aduersus hanc actionem Capardus opponit exceptionem vsurarię prauitatis.

Quæritur, an huiusmodi exceptio admittenda sit?

Qui veritas est, me dirigat in semitam veritatis.

¶ Si argumenta & rōnes hinc inde, q̄ sup hōmi dubitatione rā p Iuristas, q̄ p Theologos addocūt in mediū, pponerent, lōgus fieret tractatus; sed qa qō determinata fuit per Martinū, 4. & Calistū 3. vt patet in extrauag. cōib. sub rub. de emp. & vend. exordientib. regimini. Ideo nō tentabo os in cęlum ponere. Decisa
1 est ibi hęc dubitatio, φ hmōi ꝯtus nō reputātur † illiciti, nec in fraudem vsurarū ꝯfecti. Sed posita parte affirmatiua pro uera, mihi vr φ Capardus non bona fide agat proponendo exceptionem

nem

nem vsurariæ prauitatis ɔ̄ dñm Honoratum, qui solum agit, vt
releuetur indemnis, & sic vt non sit in damno, vt ex fœnore
2 diceretur. & pro fundamento præmitto, ꝙ fideiussor, † qui mitauit soluere vsuras licitè eas soluere potest, & illas repetet à debitore, pro quo fideiussit. c. peruenit. & ibi gl. & Pan. extra de fideius. no. per Io. And. & alios in reg. dãnum. de reg. iu. li. 6. Et ratio ibi assignatur, quia non debet fideiussor damnum pati, vt de fimiũ, & gratias deberet reportare. Ita vr̃ posse dicere dominus Honoratus, qui re vera nomine ipsius Capardi fideiussit pro pẽsione 40. floren. licet super bonis suis vendiderit illam pensionem prædicto monasterio, spe ductus, quod dictus Capardus similẽ pensionẽ sibi faceret, & ea mediante eum indemnẽ releuaret. Quod sic demonstratur, vbi pecunia est ad aliquem peruẽtura, si alter pro ea pecunia se obliget, cẽsetur fideiubere ꝓ eo, ad quem pecunia debet peruenire. l. quamuis. §. si cũ essem. ff. ad Vellei. l. sed & Iul. §. 1 ff. ad Maced. isti ãt quatuor centũ floreni recepti per dominum Honoratum à monialibus, quæ forte nolebant ɔ̄here cum Capardo, erant peruenturi in ipsum Capardum, prout illico peruenerunt, ergo do. Honoratus cẽsẽt pro eo fideiussisse, & venditio pensionis florenorum 40. constituta ipsi d. Honorato super bonis ipsius Capardi, cessit in causã obli
3 gationis, quia Capardus tenet † indemnem releuare dom. Honoratum. l. inter causas. §. abesse, ff. mãd. l. si pupilli. § 1. ff. de sol. bene facit. quod dixit Bar. in l. singularia, col. antepe. ff. si cer. pe. & Lud. Roma. cons. 465. consultatio p̃sens. col. 2. corroborantẽ præmissa, quia idem Capardus simul accessit cum do. Honorato ad monasterium pro recipiendis dictis pecuniis, & die immediate sequenti recepit ab ipso do. Honorato florenos quatuor centum, vnde præsumendum est, ꝙ mandauerit p̃fato do. Honorato, vt dictam summam pro eo reciperet, quia quoties celebratur aliquis actus, qui communiter spectat ad agentem, & alterum, tunc si alter sciat, & approbet, sola voluntas, siue approbatio mandatum inducit. l. 1. ff. mand. per quã ita punctualr cõcludit Bar. in l. post decem. col. 2. ver. sexto modo. ff. sol. mat. Et si negetur, ꝙ contractus celebratus cum monasterio non spectabat communiter ad ipsum Capardũ, & do. Honoratũ, sed solum ad ipsũ d. Honoratum. r̃ndeo, ꝙ & si figura verborum oñdat cõtractũ solum spectare ad d. Honoratũ, tñ nullus erit adeo obtusi ingenij, qui non dicat ad cõem vtilitatem illũ ɔ̄ctũ fuisse celebratum, quis. n. diceret vnq̃ d. Honoratum, alioquin virum prudentem, recepisse florenos quatuorcentũ sub annua pẽsione florenorũ decem pro centenario, vt illos pro simili pensione traderet Capardo, nisi fuisset ad ita faciendum deprecatus per ipsum Capardũ? nemo enim præsumitur uelle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. Præterea, ex eo ꝙ incontinenti dictus d. Honoratus habitis dictis florenis quatuorcentum, illos tradidit ipsi Capardo, præsumitur actum, & tractatum fuisse, ꝙ Honoratus illos a monasterio reciperet pro ipso Capardo. l. si ventri. § in bonis. ff. de priuil. cred. cum multis auctoritatib. quas adducere possem, & bñ in proposito facit quod consuluit Dec. ɔ̄s. 182. col. 4. Et si dicatur, ꝙ do. Honoratus non dedit dictas pecunias incontinenti, imo fuit interuallũ vnius diei. Respondetur, ꝙ interuallum vnius diei non impedit, quominus actus debeat dici factus incontinenti, sm̃ Cæpo. in trac. de simulat. contrac. col. 7. ver. 2. casu, qñ. n. dicatur factum incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis, sm̃ Angel. in d. §. in bonis, & Lud. Ro. in l. j. §. j. ff. de ver. obli. Vltimo nõ video, qua rõne ille contractus debeat iudicari fœneratius. Cui enim nõ conuenit diffinitio, non conuenit diffinitum. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. Vsura autem est lucrum ex mutuo intentum secundum Summistas, & late explicatur per Laud. de Rodulphis in trac. de vsur. in x. q. Ex parte autem domini Honorati nullũ lucrũ, nullave lucrãdi intentio, cum eandem pensionem pro illismet pecuniis faciat monasterio, ergo &c. agnoscat igitur Capardus bonam fidem, & amicum suum releuet indemnem. Laus Deo.

De sententia excommunicationis.

RESPONSVM L

QVia Constat Ioannam de Bellacõba omne, ꝙ ex bonis mariti habuit restituisse, & si quid habet, ex uoluntate dicti mariti hẽt, nõ obstantibus depositionib. testiũ in hac cã productorum, q̃ tanq̃ singulares, partim pauperes, partim inimici, & partim se referẽtes ad depositiones, de quib. non ɔ̄stat, & partim non legitime ɔ̄cludẽtes nihil ꝓbãt, iõ monitorio nõ adstrictã facile constat. Quare iterũ r̃ndemus, a dicto monitorio ipsã absoluẽdam fore, nec nõ ab ecclesiasticis cẽsuris, cui non obstat, ꝙ plus frumenti ac pecuniarũ habere, ac habuisse p̃sumat q̃ restituerit, q̃a excõicatio non ex præsumptionibus, quę ex depositione ipsius Ioannæ elisę quodammodo videntur, sed veris probationibus admittitur, nec præsumptionibus temere iudicandum est.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium, quod regulariter loquitur de indebitè, ac iniustè detentis, habitis, & perceptis, ad licitè, ac iustè detenta ac habita, non porrigitur.*
2 *Per sententiam condemnatoriam non probatur quis aliquid indebitè detinere, nisi quatenus constat ex actis, vel in executione liquidatur.*
3 *Asserenti incumbit onus probandi.*
4 *Testis deponens extra articulata, nullam fidem facit.*
5 *Allegans errorem tenetur illum probare.*
Testis, qui tractat de se exonerando, & alium grauat, & qui in facto proprio deponit, nullam fidem facit, & uide nu. 14.
7 *Testis singularis non probat.*
8 *Testis inimicus, pauper, & non productus in causa, nihil probat.*
9 *Testis se referens depositioni, de qua non constat, nihil probat.*
10 *Testis ratione incertitudinis, nihil præstat.*
11 *Dominium, an ex possessione probetur.*
12 *Denunciatio iudicialis tendens ad salutem animæ, & interesse partis, non admittitur nisi pro notorio peccato.*
13 *Testis non reddens rationem sui dicti, nihil probat.*
15 *Testis se referens ad depositionem imperfectam, nihil probat.*
16 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

Respon. Interpreta.

ITerum Mihi vr̃, honestam mulierem Ioannã de Bellacomba relaxandã a monitorio, & iudicio illius per rationes, & fundamenta iã deducta, quæ nec tantillo elisa fuerunt ex replicationib. in aduersum propositis, quib. non expediret r̃ndere, cum collatis hincinde scripturis resolutio pateat manifestè, vt tñ petenti satisfiat, succinctè respondetur. uĩ constare, Ioannam plura bona accepisse de bonis, & hæreditate Planterij sui mariti ex instrumẽtis compromissi, & laudi inde secuti, quia in compromisso petit se manuteneri in possessione bonorũ hæreditariorum sui mariti, & in laudo condemnatur ad restituẽdum oĩa bona mobilia dictæ hæreditatis, quæ manutentio, & restõ, vt ex aduerso prætenditur, præsupponunt ipsam Ioannã aliqua bona habuisse. l. decem. cum vulg. ff. de verb. obl. Quia ad istud fuit multipliciter responsum. Primò,
1 ꝙ † monitorium loquitur de habitis & perceptis illicitè, & indebitè c. per tuas. de sent. excom. Petitio autem Ioannæ petẽtis se manuteneri, loquitur de possessione licita, non ui, non clam, non precario habita. l. 1. in fi. ff. uti poss. c. licitè cãm, de probatio. & sic petitio Ioannæ, de qua in compromisso, nihil facit ad ꝓbationem, ꝙ ipsa indebitè & illicitè quicquam detineat in bonis mariti. Non ẽt probat laudum, quo fuit condemnata ad restituẽ
2 dum bona mobilia hæreditaria mariti, tum quia † per sentẽtiam condemnatoriam nõ probatur, eam aliquid indebitè detinere, nisi quatenus in actis probatum legitur, vel in executione liquidabitur, cum ĩ iudicio uniuersali, sine petitione hęreditatis actũ est, sm̃ Io. And. in add. Spec. in tit. de sent. § qualiter. ver. quid si iudex. Bar. in l. fi. C. de sent. quæ sine quantita. profe. glo. in l. 1. ff. de eden. Alioquin si ex actis, vel in executione non appareat de quib. bonis, sententia nullã meretur exec. l. 1. & 2. C. de sentẽ. quæ sine certa quãtitate. no. Bar. & alij in l. ait prætor, §. si iudex. ff. de re iud. Cum itaque non appareat, nec ex actis, nec ex aliquib. testib. in executionẽ dicti laudi productis, aliqua bona esse penes dictã Ioannã, nõ possumus dicere, quod sententia probet penes ipsam esse, quia sententia, quę condemnat in genere ipsam Ioannam ad restituendum bona, quę habet, intelligitur si quæ haberet eum litem. l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. i. l. nuper. ff. de leg. 3. Præterea cum fuerit paritum laudo, frustra impetratũ monitorium. Quod autem paruerit, constat ex quitãtiis in actis pro-
3 ductis. Et qui velit † asseuerare eã habere plura alia quæ non restituit, dẽt ipse probare. l. ei qui. ff. de prob. ¶ Non obstãt assertę depositiones testium, quia vt plene & abunde ostensum fuit, nullam fidem faciunt rationibus per me & alios, qui pro dicta Ioãna allegarunt, clare deductis, quæ vt dixi ex replicatione, & saluatione per partem aduersam factis in aliquo non fuerunt elisæ. dicebatur primo, quod Ioãnes de Ponte, primus testis, nõ probat, quia nõ fuit receptus super articulo sexto vsurpationis,
4 ideo sua depositio non facit fidem, quia deposuit extra † articulum non iuratus. c. de testi. extra de testi. l. si quando. C. eod. nam ipse fuit solum receptus super 7. & 8 & ipse deposuit super sexto. Ad istud replicatur, quod notarius errauit, quia debuit dice-
5 re super sexto, sed istud nihil est, quia qui † errorem alleg. tenetur illum probare, ut per Bar. & alios, in l. errore scribentis. C. de test. maxime quando notarius non proponit errorem, iuxta no. per Barto. in l. fin. ff. de tab. exhib. pręsumitur enim pro notario, ꝙ nõ errauerit, nec aliter scripserit, quàm fuerit dictum, arg. no. in l. 1. quemadm. testa. aper. ff. cum concordantibus. & licet hic testis se referat suæ relationi, non tamen fuit receptus, nec iuratus super contentis in dicta relatione, & hic deponit extra articu-
6 lum, ut dictum est. ¶ Dicebatur secundo, quod hic testis † tractat de se exonerãdo, quia dixit se recepisse in custodiam aliqua

bona a dicta Ioanna, iõ non probat. replicatur, q̄ licèt non sit ei
credendũ, quatenus se exonerat, saltẽ credendũ est ei, quatenus
onerat dictã Ioannã. voluissem q̄ ista theorica fuisset þbata ali-
qua rõne, vel lege, quia Bar. in l. deferre. de iure fisc. expresse cõ
cludit, q̄ ei nõ credit, quatenus aliũ grauat, & quia fides testis est
indiuidua, & quia non credit testi deponenti in facto proprio.
7 l. nullus, de test. Dicebatur tertiò, q̄ hic testis † est singularis. rñ-
detur, q̄ imò hẽt cõteste Ioãnẽ de la Palude, sed si cõsiderantur v-
triusq; dicta, nõ videbunt ꝯtestes, imò singulares singularitate
8 obstatiua. ¶ Dicebat̃ ẽt, q̄ hic testis est † inimicus, pauper, non
productus in cã, sed loco eius quidã Claudius de Põte. ad ista ni
hil replicat̃. Ex quib. stat nr̃a ꝯclusio, q̄ huic testi nõ est, nec ve-
nit fides adhibenda. ¶ Contra ea, q̃ aduersus sextũ & tertiũ testẽ
opposita sunt, nihil replicatur, iõ super quolibet ipsorũ non est
faciendũ fundamentũ. ¶ Dicebat̃ ẽt, q̄ Matthæus Nigueti non
facit aliq̃ fidẽ, qa se refert suæ depositioni factæ corã Mũdanelli
9 notario, de qua † non ꝯstat, replicat̃ constare fol. processus 33. &
seq. Sed ego non legi, nec video q̄ in dicto fol. processus 33. &
seq. idẽ testis fecerit aliq̃ depositionẽ corã Muodanelli, iõ iudex
videat scripturam, & sibi constabit, quis factũ melius viderit, &
si deposuerit, non probat rõnib. in ꝯrium allegatis. ¶ Scđò, cõtra
10 hunc testẽ dicebatur, q̄ non probat † rõne incertitudinis: quia
si dicat̃, q̄ dicta Ioanna portauit ad domũ suã vnũ saccũ plenũ
vtensilib. subiicit tñ q̄ nescit quid intus esset, quia nõ curauit vi-
dere qđ esset intus. replicatur, q̄ satis est, q̄ sciat saccum esset ple
nũ vtensilib. qualiacũq; sint. Sed certe nõ aduertit dñs replicãs,
q̄ is qui dixit nõ introspexisse, qđ intus esset, non põt pro certo
asseuerare saccũ esse plenũ vtensilib. cũ non visa sint a sensu eur
poreo aliena. l. testiũ. ff. de test. Et si dicat̃ Petrũ scire per tactum:
rñdeo hunc testem non deponere q̄ tetigerit, & vbi tetigisset,
ex solo tactu non põt certo sciri quid sit in sacco, q̄ expresse fa
tet̃ ipse testis, dũ subiicit, quid intus esset, se nescire. Tertio im-
pugnatur depositio huius testis, quia non dicit, q̄ vtensilia dela
ta ad domũ suã essent vtensilia mariti. replicatur, q̄ testis depo-
nit saccũ fuisse portatũ a domo mariti Planterii, iõ probat, q̄ v-
tensilia existentia in dicto sacco, erant ipsius mariti, quia ea quę
sunt reperta in domo sua, præsumuntur fuisse sua, vt concludũt
Bal. & Sal. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro mari. & Soc. consil.
128. Iustissimè iudex. in tertia conclus. in 1. volu. Quia ad istud
replicat̃ multis modis. Primo, q̄ hęc præsumptiua probatio lo
11 cum hẽt, qñ agitur † de dñio incidenter, tunc ex eo, q̄ reperiunt̃
in domo alterius, pręsumuntur sua, quia ex possessione præsu-
mitur dñium, qñ de eo agitur incidenter, ſm Bar. in l. quidam in
ſuo. ff. de cond. inst. & Pan. in c. cum ad sedem. col. 6. de rest. spo.
& ita loquuntur Bald. & Sal. in d. l. ob maritorum, & Soc. in d.
consi. 128. agebatur. n. ibi de executione rei iudicatæ in bonis ma
riti repertis in eius domo, & sic tractabatur principaliter de exe
cutione; incidenter aũt quęrebatur, an bona existentia in domo
mariti essent mariti, vel vxoris volentis impedire executionem
per exceptionem sui dñi. rñdetur, q̄ ex possessione præsumun
tur mariti, quia quæritur de dñio incidenter. Et in proposito de-
clarat Aret. consi. 153. consultatio proposita. Sed vbi agit̃ princi
paliter de dominio, vt in casu pñti, ex possessione non præsumi-
tur, nec probatur dñium. l. cum res. C. de prob. & ibi oẽs notãt.
c. si. de cã poss. & proprie. no. Bar. & Pan. in locis pręalleg. ẽt si es
set probatum, q̄ possessor tenebat, & possidebat bona, de quo-
rum dñio agitur principaliter pro suo, & tanquam sua, ſm Bar.
in l. 1. ff. pro suo. Alex. consi. 137. col. 2. lib. 2. ẽt si probetur, q̄ te-
nebatur, & reputabat̃ dñs palã, & publicè, ſm dominos de Rot.
decis. 330. in no. Soc. consi. 112. viso processu. col. fi. lib. 4. ¶ Secũ
do respondetur, q̄ in iudicio conscientiæ, de qua quæritur ad p̄-
sens, non potest quispiam denunciare, nec declarare permane-
re aliquem in peccato, nisi appareat apertè, & manifestè de ip-
so peccato. c. nouit. de iudiciis. vbi Panor. & alii ita concludunt.
non obstat, dum dr̃ id verum esse, si ageretur euangelica denun
ciatione, cuius finis est fauor animæ denunciati duntaxat, vt li-
beretur a peccato, secus hoc casu quo agitur denunciatione iu-
diciali, cuius finis est fauor animę denunciati, & interesse partis,
12 quia istud retorquetur. Nam † denunciatio iudicialis tendẽs ad
salutem animæ & interesse partis, non habet locum nisi pro no
torio peccato, pro quo non competit actio parti de iure ciuili,
vel cano. c. episcopus. 15. q. 6. l. ea quidem. C. de accus. declarat Pa
nor. in d. c. nouit. col. 13. versi. nunc condescendo. Non potest au
tem in casu nostro peccatum dici notorium, cum non probe-
tur vllo modo verè, nec pręsumptiuè, vt dictum est. Et ubi præ-
sumptiue probaretur, vt asserit aduersarius, non tamen esset no-
torium, c. fi. qui matri. accu. poss. Et dum subiicitur, quod d. Bel-
lacombe non reuelauit pertinenter, quia dixit bona esse sua ni-
hil ad rem, quia cum ipsa pręrendat sua, non tenetur aliter exo-
nerare suam conscientiam. Et si prætendat probatum esse, quod
sint mariti, agat via iuris, porrigat libellum, & discutietur cuius
esse debeant, non autem insistat super conscientia ipsius Ioannę.
¶ Dicebatur etiam, quod iste testis non probat, quia non reddit
13 † rationem sui dicti, prout tenebatur, etiam nõ interrogatus; ad
istud in h. l. replica t̃; adde q̄ hic testis tractat de se exonerando,
quia dixit dicta vtensilia fuisse portata ad domũ suã, quo casu
tenetur illa restituere ei, cuius sunt, & vult se excusare ex eo, qđ
fuerunt ad se delati, cũ forte ea dolosè surrepuerit, iõ nõ ei cre
dendum, ut dicit Bar. in d. l. deferre. ¶ Successiuè ad defenden-
dũ depositionem magistri Ioannis, dũ opponitur q̄ se refert re
lationi suæ factę corã dñn vicegerente, de qua nõ cõstat: repli
catur constare fol. 24. & seq. Sed aduertatur, q̄ relatio, de qua
fol. 24. & seq. non legitur fcã corã dño vicegerente, sed corã of-
ficiali. ergo non est illa, ad quã se refert. Cęterũ vbi esset illa, non
14 probaret, quia tractat de se † exonerando, cũ deponat apud se
esse duos saccos menagii, quos asserit ad se fuisse delatos p̄ an-
cillam d. Ioannæ, forsan subornatæ ab eo ad illa sufferẽda ipsi
Ioannæ, vel hęredibus mariti, ergo non probat, ſm Bar. in d. l.
deferre. ¶ Item non probat, quia potuit ancilla portasse inscia
15 dicta Ioanna dña sua, nec ẽt probat, qa se refert † ad depositio-
nem imperfectã, videlicet ad relationem factam sine iuramen
to, quæ non affert testimoniũ nec fidẽ facit, ſm Fel. in cap. cum
in tua. de test. nec replicatio, q̄ communis opi sit in ꝯriũ, quic-
quam facit, quia vt dixit Fel. communis opi. limitatur non pro-
cedere, quando testis se refert ad scripturam, vel depositionem
suam imperfectam. ¶ Item est singularis, & licet Iãneta Millo
na visa sit deponere, q̄ vidit ancillam dictæ dñæ Ioannæ por-
tantẽ vnã copertã, & vnã culcitrã penes ipsam Ioannã, nõ tñ di-
cit q̄ portauerit: aliud enim est vidisse portare, aliud scire, qđ
portauerit. ¶ Item dato, q̄ essent concordes in hoc, tamẽ eorũ
16 depositio non probat, † qa non concludit, quod ancilla porta-
uerit volente, sciente, & mandante dicta Ioanna. Ex quibus pu-
to, q̄ depositiones dictorum testium non probent dictam Ioã-
nam aliqua bona dicti quondam sui mariti tenere, maxime in-
debite & iniuste, & sic quicq̃ habuit restituisse constat. & dũ di-
citur, quod non est, qui non præsumat eã longe plus bladi, &
pecuniarum habuisse, q̃ restituerit, nihil facit ad causam, quare
pręsumat teneri iudicandũ q̄ eq̃, modo conscientia Ioannę sal-
ua sit, nam res hęc præsumptionib. decidẽda est. Nec intergerri
mus dñs Iudex in hac causa, in qua dẽt sibi notorie cõstare de
peccato dictæ Ioannę, habebit eam excommunicare absq; veris
probationibus. Possem aliter respondere, videlicet depositio-
nes dictorum testium non facere vllam fidem, sed qa præmissa
sufficiunt, & dñs iudex, quæ omissa sunt, pro sua diligentia sup-
plebit, & cuncta trutinabit, ideo finem facio. Laus Deo.

RESPONSVM. II.

Quoniam monitorio, ac censuris ecclesiasticis, illi tan
tum adstricti censentur, qui contra volun-
tatem defuncti bona iniuste, ac indebite occupant: ideo Ioanna
Bellacomba, quæ ex voluntate defuncti bona habet & tenet,
monitorio adstricta nullo iure dici potest, imò cum sibi à testa-
tore licentia data fuerit, bona ipsa propria auctoritate capien
di, & alienandi, iure potuit ea sine hæredis licentia capere ac di
strahere. Nec testes contra eam producti, secundum ea quæ pro
ponuntur, quicquam probant: quare relaxandam, & absoluen
dam dictam Ioannam, tanquam censuris in asserto monitorio
communitatis, non adstrictam esse respondi.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, reus absoluendus est, etiam si nihil pręstiterit.*
2 *Censuris ecclesiasticis non tenetur, qui rem iustè, ac legitimè detinet.*
3 *Testes mille singulares non plus pręstant, quam unus.*
4 *Referenti non creditur, nisi constat de relato.*
5 *Testis examinatus super articulis impertinentibus, nihil probat.*
6 *Relatio facta parte non citata, & absque iuramento, nihil probat.*
7 *Testi deponenti in sui exonerationem, & commodum, non creditur.*
8 *Testis non productus, neque iuratus, nihil probat. & uide nu. 13.*
9 *Testis singularis, & apponẽs de credulit. & nõ veritate, nullã fidẽ facit.*
10 *Testis contrarius non admittitur, & uide quomodo procedat.*
11 *Ratio testis debet esse concludens, & vide quomodo procedat.*
12 *Probatio incerta non releuat probantem. & uide nu. 14.*
15 *Testis imperfecte deponens nihil probat.*
16 *Testis deponens se uidisse de nocte reprobatur, nisi addat quod luna luce-*
bat, vel lumen habebat.
17 *An qui compensat dicatur restitutionem facere?*
18 *Licentia a testatore concessa capiendi, & alienandi bona propria auctori*
tate, operat bona ipsa de iure absq. hæredis ministerio capi, & vẽdi posse
19 *Monitorio adstringũtur, q̄ bona voluntate defuncti tenent, & possident.*

Respon. interpreta.

Pluribus Rõnib. relaxãda vr̃ honesta mulier Ioã
1 na de Bellacõba. primo, qa † actore nõ
probante, reus absoluendus est, ẽt si nihil p̄stiterit. l. qui
accusare. C. de eden. c. ecclesia. vt lite pend. Ex adductis
ãt productis non apparet Ioannã quoquam detinere de bonis hę
reditariis quõdã Ioannis Plãterii eius mariti indebite, & iniuste.
2 ergo non ẽ ligata † ecc̃luris ꝯminatis in asserto monitorio, & ex-
nde e de fulminatis, vt signãter decidit Claua. in sua Sũma, §. de-
nũciatio. ver. fi. & dixi in tract. de peste, li. 3. uer. insup qro. nu. 118.

circ

circa fi.lib.nō ob.depositiones assertorum testium, q nihil pe
nitus probant, qa sunt in eorum dictis oēs singulares, q nō plus
3 probant, q̄ vnus, ēt si essent † mille, l.iurisiu.vb Bal.C.de test.c.li
cèt cām.de pb c.licèt ex quadā.& vtrobiq; Fel.latissimè de tel.
& qa sunt varii, & ꝯrii, qb.non est credendum, l.qui falsa, vel va
ria s.de test. Et qa se referunt ad reuelationes eorum, de qb.nō
4 cōstat, ergo † fidē non faciunt nisi ꝯstet de relato.l.si quis in all
quo.C.de eden.l.admonendi, cū gl. & ibi Bar.& alij, ff.de iureiu.
& quia exceptiones gn̄ales non ita solent mouere, sicut specia-
les, iō liber accedere specialiter ipsos testes, qui sunt 14.quorum
nullus est, qui fidem faciat Primus testis Gulielm.de Ponte, sup
sexto articulo, qui de vsurpatione.occupatione, & indebita de-
tentione loquitur, non fuit examinatus, sed dumtaxat super x.&
5 8 qui † nihil rem faciunt. Et licet in relatione visus fuerit depone
re, ꝙ habuerat aliqua bona mobilia in custodiam ab ipsa Ioāna,
6 quę eidem postea restituerat, tamen relationi † non creditur, qa
parte non citata, & absque iurō facta c.nuper nobis, de testi.l.si
qn̄, C.eo.tit.& quia est in dicto suo singularis, d.ea.licet.& quia
7 tractat de se exonerando, dum deponit restituisse. Testi aūt † ali-
quid dicēti in sui exonerationem, & commodū, nihil creditur,
l.nullus, ff.de test.ib l.oībus, C.de testi. docet in terminis nostris
Bar.in l.deferre, ff.de iure fisci Alex.consi.146.in causa.col.pe.
& fi.lib.5.Item est pauper, ideo nō est integer testis l.3.ff.de tes.
Item inimicus dictæ Ioannæ, vt ex depositionib. duorum testiū
cōstat, ergo non probat.c.cū oporteat.de accu.c.repellantur, eo.
ti.ēt si inimicitia subotta sit ex lite.§.si uero odiosam, in Auth.
8 de test.c.quoties, eo.tit.ubi latissime Fel.præterea iste testis † nō
fuit productus, neque iuratus, sed solū qd̄ Claudius de Ponte
eius frater. Secundus testis Anto.Chartrosij, q deponit, ꝙ dicta
Ioanna post mortem mariti vendidit sibi 40.salmas blad. uide-
9 ri suo, non ēt fidem facit ex plurib.primo, q † singularis. Scd̄o,
quia deponit per uerbum, videri suo, nam dicendo, uideri meo,
deponit de credulitate, non de veritate, ſm Bart.in l.quid tn̄, §.si
arbiter, ff.de arb.in l.1.ff.de vent.inspi.& in tract.de peste, uer.2.
& tractatur plene per Fel.in c.quoties, de testi. per Ias.in rub.ff.
de iureiur.& quia non deponit, ꝙ bladum esset dicti quondam
Planterij, non probat, quia stant simul, ꝙ emerit bladum a dicta
Ioannina, & tn̄ non sit bladum dicti Planteril, & non ꝑbat hoc
esse, ꝙ ab hoc contingit abesse, c.in ꝑñtia, de prob.l.non hoc, C.
vnde legitimi. Imo in dubio p̄sumitur, ꝙ sit venditoris, nisi ap-
pareat de ꝯrio.l.magis, ff.de sol. Et licet in depositione tandem
videatur se referre suæ depositioni factæ pro informationibus
10 secretis, adhuc non probat, qa in ea depositione † aduersatur iis,
quæ deponit in ultima. Nam ibi dicit, se emisse salmas decem a
d.Ioanna, hic dicit emisse quadraginta. Et licet ista nō videatur
ꝯrietas repugnans, cum id qd̄ pluris est, vtique tanti sit, l.cū fur-
ti, ff.de in litem iuran.& regula, in eo. de reg. iur. Tn̄ in teste dr̄
ꝯrietas obstitura pp variationem, vt p Ale.& Mod.in l.1.§.si sti-
pulanti, ff.de verb.ob.Itē ubi locus relationi esset, tn̄ non ꝑbatur
ex relatione, ad quam fit relatio, ꝙ decem salmæ, de qb.reuelat,
sint de blado d.Planterij, qa rō in reuelatione assignata non cō-
cludit, nec est bona. inquit.n.hic testis, ꝙ erant de blado quōdā
Planterij, qa ipsa Ioanna erat in domo eiusdem Planterij, & re-
11 gebat bona. Ista rō † nihil facit, qa stant simul, ꝙ esset in domo,
& regeret, & tn̄ bladum p eam venditū nō esset de blado defun
cti mariti. unde huic test. nulla est danda fides, tum qa dictū non
concludit, d.l.non hoc, tum qa in probando dn̄io testis fidē nō
facit, nisi adducat sufficientem cām, ēt non interrogatus, cū aga
tur de probando id, qd̄ non ꝑcipit sensu corporeo, ſm Inn.in c.
cum causam, & ibi Fel.col.2 tn fi.de testi.& Bal.in l.cum res, C.
de prob.Pau.de Cast.& Are.in l.qui testamento, §.fi.ff.de testi.
Ang.in §.& licet, colla.7.in Auth. de testi. Item deponit se post
mortem emisse absque determinatione temporis. Et sic pōt es-
se, ꝙ emit post transactionem, & traditionem, 70. salmas fru-
12 menti, factam ipsi Ioannæ per actorem, unde † incerta probatio
non releuat probātem, d.c.in pñtia. Tertius testis se refert rela-
tioni factæ corā vicegerenti. Item facit Pet.Queyroti, sextus te-
stis. Item quoque facit Bar.septimus testis, de quib.reuelationib.
non constat, ergo & cætera. Et posito, ꝙ de reuelationibus con
staret, nō tn̄ eorum depositiones fidem facerent, qa testis se refe
13 rēs ad id, qd̄ dixit † sine iurō extra iudicium, vel corā arbitro, nō
ꝑbat, q refert se ad testimonium imperfectū rōne iurī deficien
tis, vel forma iudicij, ſm Sal in l.fi.C.de testi. Idem ergo in casu
isto, cum reuelationes non sint testimonia, cum non sint factæ
cum iurō, nec in figura iudicij. Et ita vult Fel. in c.cum in tua, de
testi. vnde non obst.qd̄ dixit Bar.in l.eos, ff. de fal.quia loquitur
in teste, qui refert se ad id, qd̄ dixerat in alio iudicio, & in alia cā.
Matthæus Naut, quartus testis se refert depositioni factæ corā
eodem notario, videlicet coram Mondanelli, de qua non con-
stat, licet.n.coram Ioanne Brunen, substituto Dalmasij, pro in
formationibus secretis deposuerit, non tamē reperitur, ꝙ depo-
fuerit coram Mondanelli, ad quem se refert. Et si tu velis intelli
gere, ꝙ se referat ad depositionem secretam factam corā dicto
Brunett, qd̄ uerba non admittunt: adhuc rn̄detur, ꝙ depositio
ista nullam fidem facit, quia deponit, ꝙ dicta Ioanna post obi-
tū mariti portauit ad domū ipsius loquentis unum saccum ple
num utensilibus de domo dicti quondam Planterii subiungen
do, ꝙ nescit qd intus esset. Iste testis in hoc nihil concludit, quia
non ponit, quæ nam essent utensilia, quæ erant in dicto sacco,
14 & sic † rōne incertitudinis probatio viciatur, d.c.in pñtia. Et con
suluit Alex.cons.133.col.5.lib.1. Item non deponit, ꝙ utensilia,
q̄ erant in dicto sacco, essent de bonis dicti quondam Planterii,
& ubi deponeret, fidem non facit, qa non assignat rōnem suffi
cientem, ut s.ꝯ dictum secundi testis. Præterea est singularis, er
go &c. Ex his patet, ꝙ primus, & septimus testes, non ꝑbant, mi
nus aūt probāt reliqui septem. Nā octauus dicit, nihil scire. No
nus videlicet Io.Rigaudi, qui deponit Ioannam uendidisset unā
quadrigatam bladi Planterij, ut sibi dixit d.Ioanna, est singula-
ris, quatenus dicit, & d.Ioanna sibi dixit, quod erat bladum d.
Planterii, & sic in hoc non facit fidem. item singularis est in di-
cto, ꝙ ancilla Ioannæ portauerit ad domum Ioannis Naquetti,
certa bona mobilia in uno banastono, & licet ancilla portasset,
nihil ad rem facit, nisi probetur de mandato ipsius Ioannæ. Itē
ipsemet dicit, ꝙ nescit cuius essent dicta bona mobilia, quæ erat
in banastono. Decimus testis, Iacob.Iordani, qui deponit uidisse
paulo post mortem d.Ioannis, ipsam Ioannam onerari faciētē
vnam quadrigam de nocte bladi, & bonis mobilibus d Ioannis
Planterii, eisdem rationibus non probat, quib. præcedentes dixi
non probare. Et ulterius non deponit, quod dicta Ioanna fece-
rit exportari bladum, & bona onerata super quadriga. & sic de
15 ponit † imperfecte, ergo nō probat, ſm gl.in l.Luc.ubi scrib.no.
ff.de insi.Bal.in c.1.col.2.si de inuest.inter dom.& uassa.lis oria.
I.c.in l.hac consultissima, § ex imperfecto, C.de testam. Item di
xit, ꝙ uidit de nocte, & est octogenarius. Testis autem, qui dicit
16 se uidisse † de nocte, naturaliter reprobatur, nisi addat, ꝙ luna lu-
cebat, vel lumen habebat ſm Ias.post Old.& Bal.in l.si non spe
ciali, col.fi.C.de test. ¶ Vndecimus Iacobus Manche, se refert re
lationi factæ coram domino uicegerente, de qua non constat.
¶ Duodecima Catherina Romera, quæ deponit emisse unū pi
strinum, quod habebat in domo conducta a d.Planterii, nō pro
bat, quia singularis, & quia tractat de se, maritum exonerando
ab onere obligationis restituen. Ipsum pistrinum, qd̄ restituere
tenebatur uirtute dictæ locationis, & conductionis, d.l.nullus,
cum simil. ¶ Decimustertius testis Iammeta Manche, se refert
relationi factæ coram domino uicegeren. de qua non constat.
Et si dicatur, quod uoluit se referre depositioni factæ super in
formationibus secretis, quod non admittitur, quia uerba repu-
gnant, & aliud est relatio, quæ fit sine iuramento, aliud deposi-
tio in secretis, quæ fit cum iurō, attamen non probat, quia ne-
scit quæ vtensilia essent in sacco, ut s.dixi, & firmat Bar.in l.cum
seruus, in fin.ff.de cond.& dem per tex. in l.1.§.si cista, ff.depo.
Item non dicit, ꝙ dicta utensilia essent quondam Planterii, & si
dixisset, non esset ei credendum, nisi assignasset bonam, & con-
cludentem rationem, d.c.cum causam, ubi Fel.post alios. ¶ De-
cimusquartus testis Iammeta Malane, quæ deponit de duob.ue
stib. est singularis, nec assignat rōnē, ꝙ dictæ uestes essent dicti
quondam Planterii, quia stant simul, ꝙ uiderit eas penes dictum
quondam Planterii, & tn̄ essent dictæ Ioannæ uxoris, l.maritus.
& ibi no.C.de proc. ex qbus satis constat absoluendum Ioannā
qa actor nō probauit. Sed ponamus esse probatum de una qua-
drigata bladi, de qua uisi sunt deponere sextus, quintus, nonus,
& decimus, dico, ꝙ ex productis ipsius Ioannæ constat de restō-
ne non solum unius quadrigatæ, sed ēt trium. Constat.n.longe
ante monitorium eandem compensasse uiginti quinque salmas
bladi, quas confessa fuit habuisse de blado d.Planterii, cum debi
to septuaginta salmarum per actorem eidem dari promissarū
titulum, ex quo nemo de iure recipi dẽt ad præstationem iurã
fidelitatis, & homagij, nisi prius fuerit de feudo inuestitus, ca.1.
quid pręced.deb. in inuesti. no.in c.1.de no. for.fide. Quinto, ex
dictis trium vltimorum testium ꝓductorum ꝓ parte prędicti d.
Alani apertissime cõstat, ꝑdictũ do.Petrũ de Bisqueni, simul &
cõiter, cum ꝑdictis dñis de Anceduna, deputasse clarissimum
I.V.D. d.Claud.Ixmardi, iudicem dicti loci Cadarosiæ, tam in
criminalibus, quam in ciuilibus, & cęteros officiales dicti loci
12 cõiter constituisse; † ex qua ꝯstitutione officialium cõi nomine fa-
cta ꝓbatur ꝯdñatio, sicut ex actu cõi nomine celebrato proba-
tur societas, ſm Bar.in l.Titium, aut Mæuium,§.altero,ff.de ad
mi.tu.& in terminis nřis ita voluit Alex.consi.25.attentis narra
tis, vol.5. Item ex depositionibus oĩum testium productorum
pro parte prędicti do. Alani constat de quasi possessione exer-
cendi

cedendi metu, & mixtum imperiũ in dcõ loco, spatio annorũ triginta, & ultra. Insuper constat, quod pdictus d. Alanus & auctores sui sp habuerunt, tenuerunt, & tractarunt, & reputati fuerunt condomini dicti loci cũ mero & mixto imperio, q quasi possessio tã longa, stãte scia, & patientia dictorũ de Ancedunna (de qua etiã constat ex dictis testiũ otriusq pns) probatur iuridictio presũptiue, fm Bal. in l. data opera, col. 10. uer. item no. q non est rõ. C. qui accu. non pñt. & Alc. consi. 23. col. a. li. 5. & firmat Ia. de Georgio i trac. de homagio. in 2. char. & istud maxime uerũ est in casu nro, ubi hæc longissima quasi possessio iustificatur ex titulo. Insuper & recognitionũ, de quib. s. ita q nullatenus dubitandum est, quod non sit probata intentio Do. Alani. Solum restat uidere ad uhũ q sentio adduci p dcm Do. Alanũ, uidelicet, qd pdictũ in cã inhibitionis non faciũt fidẽ in cã appellationis separata, l. gesta, C. de re iud. cũ similib. quã cõiset snia Bar. & alio rum, in l. fi. C. de testa. & in l. a. C. de eden. Pan. Fel. & aliorũ, in c. cãm, de test. q dcã testiũ una causa, faciunt fidem in alia ttibus † concurrentib. Primo, quod dicta testiũ sint publicata, alias nõ probant, & ita procedit tex in d. l. gesta, & quæ tradunt in l. cũ lite mortua. ff. iud. sol. Scdo. q agatur inter eadẽ personas. Tertio, q agatur ad probãdũ illud idẽ, & ad eodẽ effectus, ad quos pbandos fuerũt examinati testes in alia cã, ut declat Ia. in d. l. a. col. pe. & Fel. in d. c. cãm. cũ igit in casu nro testes sint publicati in cã inhibitionis, et agat inter eadẽ psonas, & ad eodẽmet fines, nõ uideo quare hmõi testes nõ deant pbare et in cã appellationis, si eadem fuerunt eorũ dicta reproducta. Laus Deo.

¶ De pactis.

RESPONSVM I.

QVia Pactũ de futura successione oĩ iure reprobatur, ne captandæ mortis occasio detur: ideo promissio illustri Domino Ioanni de Marchionatu, & atiorũ castrorũ fcã in uim solutionis ob cãm sustinetur, cũ nullo alio iure fulciatur, quæ proponuntur, ut sedi possit. Quemadmodum. n. casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, ita etiam casus omissus remanet sub dispositione generalis consuetudinis, & ideo pactum conuentum, si soluatur matrimonium morte uxoris, non habebit locum premoriente uiro.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de futura successione nullo iure defendi posse.*
2 *Pactum de futura successione factum principaliter, de se reuocari potest, cum per iuam ultimæ uoluntatis sustineatur.*
3 *Donatio licet uerba faciat de mortis causa, nihilominus non semper mortis causa donatio dicitur, sed sæpius inter uiuos indicatur.*
4 *Donatio i pacta matrimonali apposita ob cãm mtrimonij fcã intelligitur, & re non integra penitere unquã licet, maxime si iuramẽto fulciatur.*
5 *Promissa in contractu matrimoniali, ex cã dotis promissa intelliguntur.*
6 *Casus omissus quẽadmodum remanet sub dispositione iuris communis, ita etiam sub dispositione generalis consuetudinis complectitur.*

Respon. Interpreta.

1 PActum, De quo in themate vr non ualere, quia † actũ de futura successione omni iure reprobatur, l. fi. C. de pac. Nec uĩ suffragati illi considerato, q text. in d. l. fin. & similia iura loquuntur in pacto de tota successione, vel de quota, secus si de certa re; tum quia rõ illa prohibitiua propter uotum captandæ mortis militat etiã, qñ est pactũ de succedendo in certis rebus, vt vult Bart. consi. 212. promitto tibi, &c. & consi. 8. paetum tale proponit; tum quia illa ratio, quod pacto non deur successio in bonis defuncti, l. hẽditas. C. de pact. conuen. afr post set de facili fieri fraus legi, contra l. fraus leg. ff. de leg. & posito, quod valeret, vr, q potuerit reuocari, quia sustinetur tanquam ultima uoluntas, fm Franc. Cur. consi. xv. col. pen. & dicunt istã esse eãem sententiam Doc. in l. licet, C. de pae. forsan dici posset, q d l. fi. & d. l. licet, cum similibus, loquuntur quado tale pactũ 2 stat de per se † principalr, tunc ualet vt vltima volunta s secus si fiat in statim psequentiã alterius cõtractus, tunc sustinetur vt valeat in vim contractus, l. si quis seruũ. ff. de actio. emp. informatur. n. à præcedenti contractu, & ab eo legem capit. l. lecta, ff. si cer. pe. & l. petens, C. de pact. & vtrobiq, nõt. Scdo vr, q valeat, ut donatio cã mortis, quia in eo fit mentio mortis, l. Seia, ff. de do. præle. l. Seia, § fi. de do. causa mor. & sic reuocari potuerit so la poenitentia, l. fin. C. de reuocanda dona . capitu. fin. de dou. Contrarium, q si donationis nomẽ hic positũ, quod dicatur do natio inter uiuos, & non possit reuocari, iuxta tex. in l. pfecta, C. de don. q sub mo. quæ et procedit in donatione perfecta sola stipsone, fm gl. & oẽs ibi, § perficiuntur. In st. de don. Rõ. qa 3 est fcã mentio mortis dilationis † gratia Item quia d. Marchio iurauit eam habere perpetuo ratam, & gratam, & inconcusse obseruare. Item quia donauit in dictum casum prædicta Castra & Marchionatum, pdictæ d. Annæ pro se, & hẽdibus & ibi vnum ex istis interuenerit, donatio censetur inter uiuos, & nõ potest reuocari, fm Alex. in d. consi. 14. in primo dubio, vol. 1. Ia. in l. non omnis, ff. si cer. pet. Soc. consi. 52. col. 2. & seq. & 137. in 1. libi. Tertio vr, quod potius fuerit promissio, seu donatio 4 † ob cãm, videlicet ut sequeretur matrimonium, ut ipsa d. Vice comitissa renunciaret omnibus bonis paternis & maternis, in fauorẽ Gaspardi fratris, & filiorum suorum, & sic censetur potius quidam contractus innominatus, ut dicit rex. in l. sed & si lege. § consuluit, de peti. hẽre. ibi, velut genus quoddam permutationis, & alibi sæpe. qui contractus innominatus cum fuerit ad impletus pro parte illius do. Ioannis de fluao mariti, & pro pte do. Annæ, certe non uidetur, quod fuerit pro patre d. Marchionis amplius licita pœnitentia, & maxime stante iuro, l. si pecunio, cum gl. & l. si. ubi late scrib. ff. de eond. ob cau. Quarto uidet quod etiam dici possit, quod dictus Marchionatus, & cetera castra fuerint assignata in dotem prędicto illustri dom. Ioãni sub dicta conditione, si ipse Marchio, & Gaspar decederent sine fi5 liis. istud primo probari uideiur ex natura † contractus matrimonii, cuius natura est, quod ea quæ in ipso contractu promittuntur, intelligũtur ex causa dotis, l. si estraneus. ff. de condi. ob cau. scdo ex uerbis appositis in instro, in primis ponderanda sunt uerba apposita in præfationibus instri, quę demonstrant causam finalem, l. fi. ff. de hęre. insti. l. Titia, §. idem respondeo, ff. de uerbo. obl. dicitur. n. in principio, quod omnia promissa, in quadam papiri cedula fuerunt conuenta promissa, & stipulata ea causa matrimonii sequuturi, & p oneribus matrimonii supportandis. ergo etiam ista promissio facta dicitur pro matrimonio, & eius oneribus, quia continetur in ipsa cedula. & qui totum dicit nihil excludit, l. a procuratore. C. mand. c. si Romanorum, 19. dist. Item una pars contractus declarat aliam, iuribus uulgaribus modo in augmentum dotis casu, quo Marchionatus & Castra essent fideicommisso subiecta, & sic in loco dictorum castrorum subrogatur promissio centum milium aureorum, it. a. tonant illa uerba, pardem castelli sette mille scud; er go et illa promissio Marchionatus censebitur in augmentum dotis facta; non. n. debet esse diuersæ naturæ subrogatum, & id si in cetius locum sit subrogatio, l. si eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis cau. cum vulg. Et istis stantibus patet clarissima responsio ad contraria, quę opponi possent; quod istud pactum sit improbatum tanquam factum de futura successione, vel quod dicatur donatio causa mortis: & etiam stante clausula, de qua in instro, quod ualeat omni meliori modo. & hæc pauca sine reuolutione librorum (nunc, quæ mihi nunc occurrunt, salua delibe6 ratione maturiori. Pacta † conuenta, casu quo soluatur matrimonium morte uxoris, locum non habent, si soluatur morte mariti, l. pacta conuenta, cum gl. ff. de pac. dota. Pactum ergo, q Ioannes pem, si superuiuat, habet libras mille turonen. de parte Simonæ: & eius hæredibus, non vendicat sibi locũ casu quo fuerit præmortuus. Confirmatur, quia casus omissus relinquitur in dispositione iuris cõis, l. sed & dotẽ. ff. sol. ma. m prine. qui prouidet sibi in casu uitæ, censetur se referre ad ius commune casu, quo præmoriatur, ut est casus in l. commodissimẽ, ff. de liber. & posthu. Stante ergo generali consuetudine, quod soluto matrimonio per mortẽ uxoris, q̃ mariti quod diuidantur æqualiter bona mobilia inter coniugem superstitem, & hẽdem coniugis mortui; pactum contractum in casu, quo matrimonium soluatur morte uxoris, non derogabit generali consuetudini casu, quo matrimonium soluatur morte mariti; sicut. n. casus omissus remanet in dispositione iuris communis, eodem modo remanet in dispositione generalis consuetudinis, quę etiam dicitur ius commune in eo loco, §. ex non scripto Inst. de iur. nat. gen. et ciui. l. de qb. ff. de legi. & hæc uoluit Bal. in cõ. 60. sicut, pponit, lib. 3.

RESPON. II.

Cum Ea lege Beatrici donatio facta fit, ut post eius obitum ad alios bona peruenirent; constat mortua Beatrice eos uocari, qui post eius mortem in donatione fuerũt sub stituti. Nec refert, quod Beatrix prius decesserit, quam donator, cum substitutio non patiatur disponentis uoluntatem caducari. Substitutionem autem, qua donator alterum alteri donatario præmorienti substituit, de omnibus bonis, utrique tam cõiunctim, quam diuisim donatis interpretandam puto, cum & donationis causa, & verba huiusmodi sensum admittant. Sed uidebatur propter filios, quos Beatrix post donationem suscepe rat, substitutionem irritam fore, quod Socin. aliquando credidit. Ego autem exorbitantem Constantini legem, quæ donatori ob nouam sobolem concessit retractandæ donationis facultatem, ad hunc casum non puto protrahendam. Socin. autẽ sententia probarem, si Beatrici bona ea forent lege donata, ut in familia seruarentur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis ijsdem modis caducatur, quibus legata.*

Respon.interpret.

VAlet Pactum, ꝙ bona donata Beatrici perueniant in dictos coniuges, l.quoties, C.de donat.quæ sub mo. sed quia ex illo pacto solum nascitur actio contra Beatricem, & Beatrice mortua ante Ioannem donatorem, donatio causa mortis facta ipsi Beatrici, effecta fuit caduca, l.vnica,
1 §.1.C.de cad tol. † nam eisdem modis caducatur donatio causa mortis, quibus & legata l.Marcellus, §.Paulus.ff.de donat.cau. mor. vnde videretur etiam caducum pactum per ea, quæ tradit Bar.in l.qui Romæ.§.Flauius.in fi ff.de verb.obl.&c per regulã, cum principalis, ff.de reg.iur. Sed hoc non obstante, arbitror ꝙ dimidia pars bonorum donatorum Beatrici, spectet dictis coniugibus: nam per illa verba, & post mortem Beatricis perueniat in dictos coniuges, ipsi coniuges dicuntur substituti, valet autẽ substitutio in donatione causa mortis, sicut in legatis, l. sicut mortis.ff.de donat.cau. mort.cum similibus. Ista autem substitutio facta per hæc verba, post mortem perueniant, dicitur cõpendiosa, quæ sub compendio important directam, & obliquã substitutionem, secundum Bar.in l.Centurio, ff.de vulg. & pup. in 2.q.& consequenter important, quòd dicti coniuges censeãtur substituti post mortem Beatricis, siue mortua sit viuente donatore & ante acquisitam donationem, siue alias quandocunque. Nam cum illa verba, post mortem, sint comprehensiua multorum temporum, ad omnia tempora substitutio accommodatur, ac si dictum foret quandocunque, vt per Soc.consil. 113.suprascripti insignes Iureconsulti, lib.3. Circa aliud dubium, an secunda substitutio facta per hæc verba, item fuit de pacto, ꝙ omnia bona perueniant, & peruenire debeant superuiuenti dictorum coniugum, intelligenda sit de omnibus bonis tam donatis Nicolao marito, quam prædictæ Beatrici, an vero de bonis donatis Beatrici tantum, in quibus substituti fuerunt prædicti coniuges? videretur, ꝙ secunda substitutio, quæ reciprocè facta fuit dictis coniugibus (nam per hæc verba, volo, ꝙ bona perueniant superuiuenti, formatur reciproca, sm Bar.in l.Lucius, in 1.q. ff.de vul.) ad ea bona solum referri debeat, in quibus, ipsi coniuges fuerunt substituti Beatrici, ex pluribus. Primò, quia illa generalitas (omnia bona) ad proxima in dubio videatur referẽda, l.si idem cum eodem, ff.de iurisd.om.iud. & sic ad omnia bona donata Beatrici, de quibus proximè mentio habetur. Secundo, quia donator noluit donationem bonorum donatorũ Nicolao reuocari propter superuenientiam filiorum, sed tãtum voluit reuocari donationem factam Beatrici, ergo si noluit grauare Nicolaum contemplatione natorum filiorum, credendum est, ꝙ minus voluerit eum grauare contemplatione Valentinę vxoris ipsius Nicolai, arg.l.cum acutissimi, C.de fideicõ.nam si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergo de quo minus, auth.multo magis.C.de sacrosa.eccl. Præmissis non obs.arbitror, quod illud pactum habens vim reciprocæ substitutionis, etiam ad bona donata ipsi Nicolao referri debeat, infrascriptis rationibus. Primo quia clausula in fine posita, ad omnia præcedẽtia referenda est si commode fieri possit, l.talis scriptura, ff.de leg. 1.cap.secundo requiris. de app.& eo maxime, quia clausula ipsa principaliter, & de per se ponitur, quo casu nihil impedit fieri relationem, secundum Bar.in l.fi.ff.de reb.dub. attento etiam, ꝙ verba sunt vniuersalia, videlicet omnia bona, l.omnes populi, ff. de iust.& iur. Clausula.n.vniuersaliter, vel indefinite concepta, ad omnia præcedentia semper adaptatur, quando nihil est, qđ obstet, vt per Cor.consi.43.in hac, lib.2. & maxime in reciproca substitutione illud dicendum videtur, in qua inęqualitas cõmodi substitutorum non consideratur, licet ad inęqualitatem personarum aduertendum sit.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup. subst. Scđo, quia ẽt rõ suadet, nam ex præfationibus horum donationum colligitur, ꝙ donans contemplatione matrimonij cõtracti inter coniuges, motus fuit ad prędictas donationes faciẽdas: prefationes.n.ostendunt donantis intentionem, l.Titia, §.1 ff.de verb.obl.l.fi.ff.de hær.inst.ea ergo ratione, qua donationem fecit Nicolao, eadem etiam voluit, ꝙ bona donata Beatrici peruenirent in superuiuentem. Ista ratio militat etiam, quo ad donata Nicolao, ergo militabit dispositio.l.a Titio, ff.de verb.oblig. Cum igitur tam verba quam ratio conueniant, nihil est, quod videatur obstare, quominus illud pactum ad omnia referatur. Ex istis appatet, ꝙ contraria nihil obstant. Et primo non ob. ꝙ ad proxima facienda sit relatio, quia verum est, qñ ad omnia pcedẽtia commode relatio fieri non potest, vt per Ias. post alios, in l.1.C.de lib.pręt.& in d.l.si idem cum eo.§.fi Non obstat alia ratio: quia retorquetur. Nam si donatio facta Nicolao contemplatione matrimonij, firma remanet etiam superuiuentibus filijs donatoris, eadem ratione etiam firma manebit substitutio facta Nicolao de vxore superuiuente. Circa vltimum dubium non expedit insistere, quia illud, quod dr, ꝙ donatio reuocatur natiuitate filiorum, iuxta tex.in l.si vnquam, de reuo.don. procedit in natiuitate filiorum ipsius donantis, qui verisimiliter non donasset, si de filijs nascituris cogitasset, sed propter natiuitatẽ filiorum donatarij potius donatio confirmatur, vt possit onera filiorum habilius supportare, nec l.si vnquam, exorbitans extendenda est ad hunc casum, in quo neque verba, neque ratio legis militant, l.ius singulare, l.quod vero cõ.ff de legi. Nec ob.si adducatur in medium decisio. Soc.in l.cum auus, col.a 1.ff.de cond. & dem. quia illa decisio procedere põt, qñ donator donasset alij suo agnato contemplatione familiæ, iuxta tex.in l.generaliter, §.cũ aũt, C.de inst.& subst.super quo se fundat Soc.secus si donasset extraneo, vel contemplatione matrimonij, prout nos loquimur, vel posset procedere, qñ post mortem donatarij bona deberẽt peruenire in alium, quã in matrem ipsorum filiorum, cui matri donator pari modo donasset, si de filijs cogitasset, cum nõ intersit filiorum, an bona magis sint matris, quã patris, cum vtrique succedant ab intestato, vt signanter consuluit Cor.cons.194.vĩ in pñn, lib.3. dubitare forte posset, an Valentina mř si transiuerat ad scda vota, teneatur reseruare hmõi bona filijs Nicolai primi mariti? sed quia de hoc non fui requisitus, non insistam.

RESPONS. III.

PActa De lucranda dote, & donatione propter nuptias inter coniuges inæqualia, ita demum recipiuntur, si fiant ante contractum matrimonium, uel consuetudine, aut iuramento roboretur.

SVMMARIVM.

1 *Donata propter nuptias restitui debent mulieri donanti, sicut dos, de iure communi, & id quando fallat.*

2 *Pacta facta tam de lucrãda dote, quàm super donatione propter nuptias, reducuntur ad æqualitatem, quando facta fuerunt post contractum matrimonium, secus si ante Quod etiam limita nu. 3.*

Respon.Interpret.

MAgnificus Do. Tangudus de villa noua, in cõtractu matrimonij pp nuptias donauit Ioannæ sponsę suę, medietatem castri de Belusino cũ oĩbus emolumẽtis, quibus ipsa Ioanna vtatur, & fruatur, eius vita perdurante. E conuerso Ioanna donauit pp nuptias Tangudo eius sponso, medietatem omnium bonorum suorũ, adiecto pacto, ꝙ de dicta medietate bonorum prædictus Tangudus possit disponere tam in vita, quã in morte, saluo ꝙ si prius decederet, quã ipsa Ioanna, ꝙ eo casu dicta Ioanna esset vsufructuaria dictæ medietatis bonorum toto tpe eius vitæ. Contingit Tangudum præmori, nunc quęritur an medietas dictorum bonorum donatorum per dictam Ioan.transmissa fuerit ad heredes d. Tangudi, ita ꝙ mortua Ioanna consolidetur vsusfructus, cum proprietate. Viso instrõ spõsalitio, cognoui qõnem propositam nullam, vel saltem friuolam hr̃e rõnẽ dubitandi, si dicatur ꝙ rõ du-
1 bitandi fuit, quia de iure cõi donata † pp nuptias, sol.mat.restitui debent mulieri donanti sicut dos: nisi ꝙ fallit, in pacto, vel lege aliter caueatur.c.fi.de don.inter vir. & vx. hic autem interuenit pactum, ergo &c. Si forte dicatur, ꝙ Ioanna tradidit prius oĩa bona sua marito in dotem, postea incontinenti donauit medietatem, & sic talis donatio nihil aliud est, nisi pactum de dimidia dote lucranda, quod pactum de dote lucranda reduci debet ad æqualitatem cum pacto donationis pp nuptias factæ per maritum vxori, auth.æqualitas, & in corpore vnde sumitur, C.de pact.conuen. ẽt si pactum de dote lucranda sit minus, pactum vero de lucranda donatione propter nuptias a marito facta sit maius (quia pactum maius reducitur ad minus pactum, l. legẽ, C.de pact.conuen. sm Azo.in Sum. C.de do.ante nup.) in casu nostro pactũ de lucranda donõne medietatis castri de Belusino facta per maritum, vr̃ solum referri ad vsumfructum pp illa verba, eius vita perdurãte, vel saltem tale pactum operař, ꝙ Ioãna non possit donõnem ad hr̃des transmittere, vt expresse decidit Alb.de Ro.in l.4.ff.de ali.leg.& est de mente Bar.ibi, p text. in l.Titia, §.Tit.cum nuberet, ff.de leg.2.& ita decidit Bald.in l.1. circa prin.C.de fruc.& lit.exp.quem sequitur Picus in d.§.Titia, in sua solemni repe.in 2.char.referens ita consuluisse d.Ambr. Opizo, Lanc. Decium, & Danielem Landulp.solemnes Doct. Ticinen. Item pactum de donatione propter nuptias lucranda, est condõnale videlicet si Tangudus præmoriatur, ergo vt ad æqualitatem minorem reducatur pactum de dote lucranda, dicendũ ẽt est, ꝙ non transmittatur lucrum dotis ad hęredes mariti, & ita demum Tangudus illã medietatem lucretur, si pręmoriatur Ioanna quæ non fuit pręmortua, alias hmõi pacta essent inęqualia, & ista vr̃ vrgentior ratio dubitandi, quæ possit adduci, sed multipliciter rñdetur. Primo, ꝙ hodie de consuetudine pacta inæqualia tolerantur, sm gl.& scriben.in d.auth.æqualitas, & qñ Doctor solemnis, ut fuit Glossator, attestatur de consuetudine, illi stãndũ est, sm Bar.in l.de quib.in 8.col ff.de leg. Secũ
2 do rñdetur, ꝙ pacta facta † tam super dote lucranda, quã super donatione propter nuptias, reducuntur ad æqualitatem, qñ facta fuerunt post contractum matrimonium, secus si ante. ita tenent Card. Flo. Host. & omnes antiqui, in c.fin. de donatio. inter vir.& vxo. per tex.in l.ex morte, C.de pact. conuen. quem dicunt

cunt in hoc remansisse incorrectus. est verum, quod in hoc con-
trarium tenet Pan.& Mod.ibi,& Bald.in auct.æqualitas,tamen
opi.Card.tum propter eius auctoritatem, tum quia consuetudo ita
interpretatur, debet prævalere,l. minime,ff. de legi. Tertio rnde-
tur, quod pactum inæquale non debet reduci ad æqualitatem, quando
3 coniuges † iurarunt pacta ipsa inæqualia seruare, & in nullo
contrafacere, nec contrauenire, renunciando omni legum au-
xilio,prout iurarunt, & renunciarunt Tangudus & Ioanna,nam
tali auxilio d.auth.æqualitas, cum sit inductum fauore coniu-
gum,potuerunt renunciare,l.si quis,in conscribendo,C.de pac.
maxime cum iurato, quod est seruandum omnino,cum non vergat
in detrimentum salutis æternæ, c. cum contingat, de iureiur. c.
quamuis,de pact.lib.6. cum similibus. Insuper non est expedi-
ta illa opin. quod illa verba, vita perdurante, restringant donatio-
nem proprietatis, & contrarium tenuit Picus in d. §. Itaq, & est ea
amplecti vr Tho.Ferra. caut.a.pro ea vr casus in l.Specie, ff. de
ant. & arg.leg. vbi illa verba,quoad viues , non restringunt ad
fideicommissum,nisi aliter exprimatur,vt ibi fuit expressum Et
si deniq; dicatur,quod d. Tangu.non fuit stipulatus pro suis hæredi
bus,sed pro se tantum: respondetur,quod in contractibus mentio hæredum non
est necessaria,quia subintelligitur et pro hæredibus,licet non sit
expressum,l.si pactum, ff. de prob.l.cum qui, §.1.& ibi Ias.& l.
stipulatio ista,§. si quis ita,ff.de verb.obl. insuper etiam hæredi-
bus cautum fuit,& expressè stipulatum,vt in principio dicti in-
strumenti,& etiam in pacto donationis claré legitur.

¶ De transactionibus.

RESPONSUM I.

RAtificatio Facta per particulares, & singulos,
particulariter, & separatim de vni-
uersitate Soleriorum ratificantibus tantum nocet;nam
ad præiudicium vniuersitatis, vel collegii,collegialis
& simultaneus consensus requiritur, & ideo ipsa communitas
nec portare,nec conduci facere lapides,& mastras,vllo iure co-
gi potest:nec transactio syndicorum,sine mandato collegii fa-
cta vllam actionem parit contra collegium . licet particulares,
seu singulares,particulariter,& separatim ratificantes ad prædi-
cta cogi possint;qui,protestatione incitatoria præcedēte in mo-
do & forma probante , non adimplendo adimplenda, & non
obseruando conuenta, in mora constituuntur.quapropter nō
tantum ad metam,& catillum , sed ad omnes necessarios lapi-
des , ad cæteraq; conuenta tenentur,quanquam prædictorum
particularium,& subditorum iuramenta insolita homagii & fi
delitatis præstita, ipsos nullo iure ligent, attamen donatio ab
ipsis facta insinuata,& iurata reuocari non potest.

SUMMARIUM.

1 *Consensus singulorum de vniuersitate separatim præstitus; vniuersitati non præiudicat.*

2 *Transactio syndicorum sine mandato a particularibus ratificata , ratificantibus tantum obest.*

3 *Transactio syndicorum facta sine mandato vniuersitatis vel collegii, est ipso iure nulla.*

4 *Communitas,& particulares requirendi sunt protestatione incitatoria.& ibi vide praxim protestandi.*

5 *Oratio infinita æquipollet vniuersali:ideo qui promisit conducere lapides necessarios,ad omnes lapides necessarios tenetur.*

6 *Dictio,ita tamen,excipiendo determinat præcedentia: nam omnis exceptio firmat regulam in casu non excepto.*

7 *Iuramenta fidelitatis,& homagii,contra antiquam consuetudinem præstita,sunt nulla,quia præsumuntur per impressionem extorta.*

8 *Principi,& legari,& donari rectè potest.*

9 *Iuramentum secundū communem Doctorum sententiam supplet insinuationis defectum.*

Respon. Interpreta.

MVnus Consulendi publicum est, & necessarium
adeo quod quilibet Doctor, etiam inuitus tene-
tur exercere, postquam illud exercendum assumpsit.l.
sancimus,la 1. C. de aduo diuer.iu. vbi Bart.& Sal.no.tradit Fel.
in c.si pro debilitate,colum.fi.de offi. deleg. Compellor itaque
tum ratione officii,tum ratione amicitiæ rndere consultationi-
bus mihi propositis per Magnificum do. de Soleriis , auditorē
meum bene dilectum. Nec mihi exprobet cōitas Soleriï, pro
qua his proximis diebus approbaui elegans consi.Do.Andreæ
Alciati , compatris mei honor. quia a dicta consultatione di-
scedere nec volo nec debeo : sed ea salua quæsitis rndebo. Ad
primum,an ratificatio facta per singulos particulariter, & sepa-
ratim,validauerit transactionem factam per syndicos sine man
2 dato. Prima facie videtur respondendum, quod non ;quia † in
actibus alicuius vniuersitatis, vel collegii , consensus singulo-
rum separatim præstitus non præiudicat,secundum glo.singu-
larē in c.in genesi.de elec.sequitur Bar.in l.oēs populi,col.6.ver.3.
dixi omnes.ff.de iust.& iu.Pan.in d.c.in genesi,& in c.cum oēs,
vbi late Mod.de consti.nec sufficit, quod vnus seorsum & separa-
tim ab alio consentiat,quando pactum vnius pōt alteri præiudicare
etiam,quod sumus in casibus,in quibus plures considerantur vt sin
guli.l.& suum,§.hodie,& ibi not. Alex.in 1.col.ff.de pact.& l.fi.
ubi not.Bal.C.qui bon.cede.poss.In contrarium,quod consen
sus singulorum particulariter præstitus conualidet transactio-
nem,videtur tex.in l.per fundum.ff.de serui.ru.præd.& ibi Al-
be.de Ros.in specie infert ad similem quæstionem . Quædam
personæ castri de Carumbo concesserunt cuidam Cardinali a-
quam quorundam fontium:fuit quæsitum,An hi,quorū præ-
dia irrigabantur ex dicta aqua, debeant omnes consentire , &
an consensus separatim,& ex post præstitus sibi præiudicet,di-
cit Alb.in curia Romana determinatum fuisse, quod sic,per text.
in d.l.per fundum.similiter dicit ibi,quod consensus in alienatione
rei ecclesiasticæ potest separatim præstari,quod etiam tenet gl.
in c.1.de reb.ecc.non alie.in 6.traditur in authen.hoc ius porre
ctum,vbi Bald.& alii,C.de sac.san.eccl. & possem ad istud pro
positum infinita congerere, quod consensus possit ex post separa-
tim adhiberi,sed non curo.Quid ergo dicendum in casu isto re
colo me respondisse syndicis dicti loci de Soleriis, aduertendū
esse,an singulares personæ ratificauerint transactionem tanquā
nomine vniuersitatis factam, an tanquam nomine priuato ip-
sorum ratificantium celebratam: nam isto vltimo casu quoad
2 ea quę tangunt singulos vt singulos,ratificatio nocebit † ra-
tificantibus,licèt non præiudicet vniuersitati. & in istis termi-
nis procedit tex.in d.l.per fundum.cum si. & istam arbitror es
se puram veritatem : quia secundum Bart.refert , an simul an
separatim consentiat. & dicit Bald.in l.t.in 9. q. ff.de offi. cons.
quod requiritur collegialis consensus , quando agitur de præiudicio
collegii, vel vniuersitatis,vel quando ex facto aliquorum aliis
etiam ut singulis præiudicium generaretur, & in istis terminis
loquuntur contraria,sed ubi non agitur, nisi de præiudicio ipso-
rum,qui consenserunt,seu ratificant,tunc quilibet potest sepa
ratim ratificare,& ita loquitur tex.in d.l.per fundum & ista in
effectu fuit distinctio Barto.ibi, & in d.l.omnes populi , col.6.
Ex istis sequitur resolutio secundi dubii,cum a principio actus
esset nullus,an communitas ergo possit portare,& conducere
3 lapides & mastras:& dicendum est, † quod non , nisi transigentes
habuissent mandatum ad transigendum nomine vniuersita-
tis,vel nisi consilium repræsentans totum populum,iuxta glo.
in rub.C.quæ sit long. consue. transegisset cum domino . nam
istis casibus transactio ligat vniuersitatem, vt voluit Barto.&
alii,in l.ciuitas,ff.si cer.pet.& Ias.in l.præses , C.de trans.Si ve-
ro quæritur,an singulares personæ , quæ ratificarunt compelli
possunt,& tunc recurrendum est ad distinctionem sup.factam
aut nomine priuato ratificarunt,aut non: & ab isto etiam pro-
cedit resolutio tertiæ dubitationis,qua quæritur, an cōitas ,&
particulares recusantes conducere,& conduci facere lapides,&
mastras,incidant in pęnas conuentionales. Ad quartam dubi-
tationem,qua quæritur de modo requirendi ipsam communi-
4 tatem & particulares. Breuiter rndeo,quod protestatione † incita-
toria sunt requirendi,ut portent,seu conducant lapides,& ma
stas,& prout tenentur ex forma transactionis,quæ ipsis cōitati,
& particularibus est insinuanda, cum facto antecessorum suo-
rum, & non proprio sint obligati , aliter non constituerentur
in mora,secundum Bar.in l.quod te,ff.si cer. pet.& in l. non solum,§.
morte.in 3.prin.q. ff.de no.ope.nun.& in l.si qs inficiatus,ff.de-
po.& quia hic agitur de conducendis lapidibus , & mastris ad
molendinum construendum, in protestatione incitatoria desi
gnandus est locus certus,ad quem sint lapides conducendi Itē
exprimendi sunt lapides,& mastræ,ubi sint, & in quo loco cer
to,alias protestatio, & requisitio vtpote incerta non constitue-
ret protestatos in mora,l.aut qui aliter, §.1. & 2. ff.quod vi,aut
clā.l.3.§ si qs insulā ff.de eo,quod cer.lo.& quia Do.de Soleriis
est obligatus cōstrui facere dictū molendinū,protestatur per se
non stare,quin illud constrni faciat adimpletis adimplendis per
dictos homines,contra quos in casu, quo denegent conduce-
re, & cōduci facere mastras & lapides,protestatur de omni mo
ra,dolo,& negligentia ipsorum hominum, & de inobseruan-
tia conuentorum . Tunc do.excusabitur ab omni mora,& ab
incursione pœnarum,cum per ipsum non stet quominus cō-
uenta adimpleat.non enim potest D.de Soleriis dici moram fa
cere suis hominibus qui moram prius faciunt domino suo,l.si
per emptorem,ff.de acti.emp.l.illud. ff. de peri.& commo. rei
uend.Circa quintā dubitationem . An ii, qui promiserunt pro-
priis sumptibus conducere , & conduci facere lapides necessa-
rios ad dicta molendina,tam constructa,quam construenda,te
neatur conducere omnes lapides necessarios,etiam ad constru
ctionem,ędificiorum molendinorum,an solum lapides molares
tantum,quod teneantur ad conducendum molares tantum.l.ad me
tam,quæ est inferior pars molæ, & catillum quæ est pars supe-
rior,l.cum de lanionis,§.idem consultus,ff.de fun. instru.Nam
molendinum dī a molis,sine quib.nō pt dici molendinum,secundum
Bal.in c.1.§.si quis de manso.de controuc.inuesti. & consi.407.

cogitaui, lib. 3. vnde qui tenetur ad lapides molendini, non vr
obligatus ad lapides ædificiorum, quia non sunt lapides molen
dini, quod a mollis nomen accipit. Item quia in dubio stipula-
tio ita interpretãda vr, vt minus intelligatur promissum. l. sem-
per in obscuris, ff. de reg. iur. Sed præmissis non obstantibus ar-
bitror promissores teneri ad conducendũ etiam lapides neces-
sarios ad constructionem ædificiorum ipsius molendini, quia
5 indefinitè se obligarunt conducere lapides necessarios, quę † in
definita æquipollet vli, l. si pluribus, de leg. 2. c. quia circa, de pri
uil. etiam in contractibus, l. si seruitus, de seru. vrb. præd. l. fi. vbi
Bald. C. quæ res pign. si ergo promiserunt conducere omnes la
pides necessarios ad molendina, ergo etiam necessarios ad con-
structionem conducere tenebuntur: quia qui totum dicit, nihil
excludit, c. solitæ, de maio. & obed. l. a procuratore, C. mand. l.
Iulianus. de lega. 3. & pro hac sententia facit talis ratio incon-
uincibilis: quia lapides necessarios ad molendina construenda
conducere promiserunt; si necessarios ad construenda, ergo ẽt
lapides necessarios pro constructione tenebuntur. Nam qua-
litas construendorum molendinorum qualificat dispositionẽ
tam ex parte stipulatoris, quam ex parte stipulantis, i. si quis vi-
na, in ver. degustanda, ff. de peri. & commo. rei vend. & bene fa-
cit, quòd de gerundio dicunt Bal. & Sal. in rub. C. de eden. Vlti-
mo pro ista opi. ponderanda est illa dictio, ita tamen. & hoc in-
tellecto, quòd vniuersitas, & particulares debeant lapides. quæ di
6 ctio, ita † tamen, excipiendo determinat præcedentia, l. negan-
da, C. de his qui accus. non pos. Præcedentia autem loquuntur
de lapidibus etiam necessarijs ad constructionem, quia in præ-
cedentibus dr̃, ꝙ do. teneatur construi facere molendina; ergo
exceptio posita per hæc verba ita tamen, &c. debet intelligi se-
cundum terminos dispositionis præcedentis: quia exceptio ex-
trahitur de corpore regulæ, l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen.
leg. no. in l. 1. ff. de reg. iu. tradit Curt. cons. 183. & cons. 184. & ita
tenendo non obstant contraria. Ad primum fateor, ꝙ molen-
dinum non dr̃ molendinum constructum, & in esse suo forma-
tum sine molis. Sed molendinum construendum bene dr̃ mo-
lendinum considerato futuro euentu. vnde fateor, ꝙ si conuen-
tio loqueretur de molendinis constructis tantum, isto casu ad
molas forte esset obligatio referenda: sed in casu nostro, conuẽ
tio cantat de molendis construendis, ad quæ construenda sunt
lapides & cęmenta necessaria, & licet denominentur a molis, ta
men etiam ædificia, tecta & parietes sunt necessaria ad faciendũ
vnum totum integrale, l. cum qui ædes, de vsuc. ff. item ædifi-
cia partes integrales molendini, vt declarat Bart. l. in re coniun-
cta, col. 3. ff. de leg. 3. & in l. qui vsumfructum, ff. de ver. obl. cum
lapides ædificiorum sint necessarij ad molendina construenda.
bene sequitur conclusio, ꝙ ad istos ẽt lapides obligatio porrigi
debeat. Ad fm rñdeo, ꝙ nos sumus in clans, quia se obligarunt
homines ad conducendum lapides necessarios ad construenda
molendina, & indefinite, & sic ad omnes lapides: nam a verbis
ꝯctus non est recedendum, l. non aliter, ff. de lega. 3. l. quicquid
astringendæ, ff. de verb. ob. & regula l. semper, procedit vbi ex
verbis ꝯctus non potest de mente ꝯtrahentium apparere, vt ibi le-
gitur in litera. & tradunt glo. & scriben. in l. veteribus ff. de pact.
Ad sextam dubitationem, an hoĩes dicti loci, qui in iurã homa-
gij, & fidelitatis iurauerunt ire ad molendinum, oliuas & blada
eorum in molẽdinis dñi portare, & ẽt ire ad coquendum panes
in furnis dñi, teneantur obseruare iurñ. Rñ, si in antiquis iura-
mẽtis fidelitatis, & homagij non erant soliti dicti hoĩes iurare,
& se obligare ad hmõi seruitutes, cogi poterit dñs hmõi iura-
7 menta remittere: quia iura fidelitatis, † & homagij ꝯ antiquam
ꝯsuetudinem p̃stita, p̃sumuntur extorta per impressionem, fm
Bal. in c. 1. de pace, Const. in ver. pactiones. & Io. And. in c. 3. de prę
scrip. lib. 6. & ita dixit Bal. rñdisse amico suo in c. 1. per illum tex.
qual. vas. iu. debe. fide. & ibidem tenet Iac. Alua. refert & sequit
Iac. de S. Georgio in tractatu suo de feud. in verbo, qui quidem
inuestiti. & maxime si iurant subire grauamina insolita, quæ il-
lis dñs imponere non potuisset, vt dicit Bal. consi. 435. super eo.
lib. 5. & pro illa sñia vr tex. in c. dilecti. de maio & obe. Circa vlti
mum, an donatio facta per Bartho. subditum dño suo de Soler
tijs valeat: quia nulla dubitandi ratio proponitur. paucis me ab-
8 soluam. Dico itaq; donationem subsistere; nam † ẽt principi &
legatum & donatio fieri põt, l. ꝙ Princip. ff. de leg. 2. edictum. n.
de donationibus, nõ est prohibitorium, licet omnes personę, &
omnibus personis, quæ nõ reperiantur prohibitæ donare, & do
nari possint. l. affectionis, ff. de don. Nec ista donatio infringi, seu
nulla dici põt rõne omissę insinuationis, iuxta l. sancimus, C.
de dona. tum quia hęc donatio (vt arbitror) non excedit summã
9 ibidem prętaxatam, tum qa † iurm suppleret defectũ insinuatio-
☞ nis fm cõem, Doctorũ sñiam, q̃ approbant Imo. Car. Pa. & om-
nes Mod. in c. cum contingat, de iureiur. Fed. de Sen. consi. 281.
casus talis est. Alex. consi. 4. col. 3. vbi alias auctoritates congerit,
lib. 4. & consi. 12. col. 2. eo. lib. vbi plura consilia adducit. & pos-
sem addere infinita. Sed quia ista opi. est inter Doct. canoniza-
ta, non puto expedire implere folia auctoritatibus.

RESPON. II.

VNiuersitas siue collegium, ex transactione facta per syndicos sine mandato non obligatur, licet singulares de vniuersitate singu-
lariter & separatim ratificantes transactionem nul-
lam, ex ea ligentur, nisi prius altera partium ꝯuenerit; nam
tunc licite pars aduersa absq; metu pœnarum ab inobseruata
capitulis resilire potest, quicquid ad conuentionales pœnas ex-
periri posse contra partem primo non obseruantem dubium
non est, Iuramenta contra antiquam consuetudinem pręstita,
subditos non ligant, nam insolita grauamina per dominos sub-
ditis imponi non posse indubitati iuris est.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta per syndicos sine speciali mandato, uel sine consilio, vni uersitatem nullo iure ligat.*
2 *Transactioni iuratæ, cui prius per partem contrauentum fuit, licite a parte aduersa receditur.*
3 *Capitula cum connexit, & correspectiuit non seruata ab altera partium, minus ab aduersa parte seruanda erant.*
4 *Iuramenta fidelitatis, & homagij, contra antiquam consuetudinem præstitã, subditos non ligant.*

Respon. Interpreta.

VIso Eleganti consilio Compatris mei honor. do.
And. Alciati, quia transactionem non vidi, &
dubia simpliciter proponuntur. Et quia ipse D. Cõ-
sultor magistraliter processit, satis fuisset solo calcu-
lo, & sola subscriptione consultationem comprobare. tñ vt par
ti satisfaciam, omisso primo dubio, circa quod non intendo qc-
q̃ scribere, aliqua subijciam quo ad alias consultationis partes.
Circa fm dubium, nunquid transactio facta per syndicos obli-
get vniuersitatem, puto dicta per p̃fatum D. Alcia. esse vera, nisi
consilium ciuitatis constituisset syndicos specialiter ad transigẽ
1 dum, tunc transactio valida esset, & multo fortius valeret si vna
cum syndicis consiliũ transegisset, vt tradit per Bart. & Mod
in l. ciuitas, ff. si cer. pet. & p Alex. & Mod. in l. si se non, §. actor
ff. de re iud. puto ẽt aduertendum, an singulares personę ratifi-
cauerint dictam transactionem tanq̃ noĩe vniuersitatis factã, an
tanq̃ noĩe priuato ipsorum ratificantiũ celebratã; nam tunc quo
ad ea, quæ tangunt singulos ut singulos ratificatio p̃iudicabit
his, qui ratificauerunt, licet non prędicet vniuersitati & distin
guit An. de But. in c. si diligenti, col. 1. de fo. comp. & tradit Fel.
in c. cum oẽs. de const. Circa tertium, quo quæritur, an absque
metu pęnarum vniuersitas, & particulares possint ꝯuenire tran
sactioni iuratæ, cui prius ꝯuenit Dñs? & in hoc ẽt sentio cum
his quæ prudenter conclusa fuere in prædicta consultatione, ꝙ
2 absque dubio † possent, per tex. in l. cum proponas, C. de tran-
sact. ẽt ꝙ in transactione esset clausa, ratio manẽte pacto: qa ta-
lis cl'a non operatur, nisi in fauorem obseruantis, & nihil pro-
dest ei, qui primo contrauenit, vt no. in l. qui fidem, ff. de transa.
& per Alex. consi. 122. opportune consideraio ad finem, li. 2. te
nent Sal. & Mod. in d. l. cum proponas, & ẽt ꝙ in transactione
sit cl'a, ꝙ toties committatur pœna, quoties ꝯuentum fuerit,
fm Pau. de Cast. in dict. l. qui fidem, & in l. qui seruum, ff. de
verb obl. Alex. consi. cxv. viso themate, col. 3. lib. 4 & non inci-
dit in pœnam. l. si quis maior. C. de transac. qui non obseruat
transactionem q̃ plenariè aduersarius non adimpleuit, consul-
uit Cor. consi. 246. vẽ in hac, lib. 3. nec etiam incidit in pœnas
conuentionales, vt plene tradit Alex. in l. semel mora, ff. sol. 1.
matr. fortius dico, ꝙ vniuersitas quanquam secundo loco ꝯue-
niat, nihilominus poterit agere ad pœnas ꝯ dñm, qui primo ꝯ-
uenit, & ipsa non poterit conueniri ad aliquas pœnas, fm Bart.
in l. 1. §. enim arietes ff. si quad. paupe. fecis. dic. & in l. cum pa-
ter, §. libertis. ff. de leg. 2. & Alex. in d. const. cxv. & in d. l. cum
proponas. & Aret. consi. 24. in 5. dubio. tradunt Mod. Taurinen-
ses in d. l. si quis maior, in vlt. charta. An autem vniuersitas pos-
sit cogi de cętero ad obseruandum contenta in trãsactione?
cõis est distinctio adiecta per D. Consulentem, ꝙ non poterunt
3 obseruare capitula † quibus dñs ꝯuenerit, nec etiam capitula
connexa, uel correspectiua; cætera vero adimplere quilibet
tenetur, fm Pet. & Bald. Alex. & Riminal. in d. l. cum proponas,
per illum tex. iuncta l. si duo, ff. de dolo. cum ibi not. quę autem
dicantur connexa vltra ibi adiecta, declarat Bald. in c. translato,
in fi. & ibi Nod. de constit. Circa quartum, & vltimum dubium
☞ verissima est cõis Doctorum sententia, † ꝙ iura homagij, &
fidelitatis ꝯ antiquam consuetudinem non obligant subditos,
quia p̃sumuntur extorta per impressionem. ita dicit Bal. rñdis-
se cuidam amico suo in casu ualde arduo, in c. 1. per illum tex.
& ibi ẽt no. Iac. Alua. post alios, quali. vas. iura debe. fide. refert
ẽt, & sequitur Iac. de S. Georgio, in tract. suo feud. in ver. q qui-
dem inuestiti p̃stiterunt iurm. Et maxime si pręstant iurm de
soluendis grauaminibus insolitis, quæ feudatarius nullo mo-
do potest imponere subditis, fm Bald. consi. 435. super eo. lib. 5.
& pro ista conclusione vr casus in c. dilecti, de maio. & obed.

RE-

RESPON. III.

Quia Tranſactio nullo datn, retentove, aut promiſſo. nul-
la eſt: ideo tranſactionis iure Petrus Caualerij remit-
ſit domino de Caſtolio ſupraualentiam baſtitæ venditæ. Et D.
de Caſtolio vice verſa, pro eadem valentia, liberat ipſum Petrũ
ab omnibus obligationibus, in quibus eidem D. de Caſtolio ex
quauis cauſa vſque in diem præſentem tenebatur: licet huiuſ-
modi liberatio generalis ſit, menſura tamen baſtitæ, ſecundum
ea, quæ proponuntur, nullo iure remiſſa cenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio nullo dato, promiſſo, uel retento, minimè procedit.*
2 *Tranſactio eſt contractus innominatus; & ideo ſi tranſacta non obſeruentur, competit actio ad intereſſe.*
3 *Pœna l. ſi quis maior, non uendicat ſibi locũ in ſecũdo contraueniente, quia contraueniens in primo loco, non poteſt non poſtremo adimplenti obycere.*
4 *Venditio tunc dicitur facta ad menſurã, cum pretium formatur a menſura.*
5 *Tranſactio generalis, generaliter intelligitur de cogitatis.*
6 *Tranſactio generalis non porrigitur ad incogitata.*
7 *Tranſactio generalis non porrigitur ad ſingulariter excepta.*
8 *Tranſactio generalis non porrigitur ad caſum doloſum.*

Reſpon. interpret.

1 TRanſactio Fit aliquo † dato, promiſſo. vel
retento. aliàs, non valeret, l. tran
ſactio. C. de tranſa. Ideo tranſactio inita inter D. de
Caſtolio ex vna, & Petrum Caualerij ex altera, viri-
bus ſubſiſtit: qa Pet. Caualerij remittit do. de Caſto
lio ſupraualentiam baſtitæ venditę, & dominus de Caſtolio ꝓ
ſupraualentia baſtitę, quam retinuit, liberat ipſum Petrum ab
omnibus obligationibus, in quibus ſibi tenebatur quauis ex cã.
Modo contingit dubitari, an Do. de Caſtolio intelligatur remi-
ſiſſe ſupplementum menſuræ dictæ baſtitæ ſibi ad menſuram
venditæ per dictum Petrum. Ego aliàs ſcripſi, ꝙ ſupplemen-
tum menſuræ remiſſum nõ vr̃: & arbitror veritatem dixiſſe, per
iura, & rationes per me deductas, quibus nihil video deduci, qđ
obſtet. Et quia ex verbis, & tenore tranſactionis a. patet quod
Do. de Caſtolio non remiſit ſupplementum menſura; ꝙ ſic de-
monſtratur, pro ſupraualẽtia baſtitæ retenta, & ſibi remiſſa, do.
de Caſtolio remittit omnes actiones, & oĩa credita ſua ipſi Pe-
tro, ſi retinet ſupraualentiam baſtitæ ſibi remiſſam: ſequitur ne
ceſſario, ꝙ retinet ſibi ſupplementum menſuræ; qa ſupraualen-
tia baſtitæ, ꝯſiſtit in integritate menſurę, vt patet ad locum. Nõ
obſtat, ꝙ tranſactio, & liberatio inuicem facta ſit gñaliſſima, qa
talis gñalitas nõ extendit̃ ad ea, q̃ tranſigentes noluerunt inclu-
di, in ipſa gñalitate in ſupplementũ deficientis menſuræ, qa ſibi
retinuit ſupraualentiam, nec ãt Petrus voluit liberari ab obli-
gatione deficientis menſuræ, qa donauit Do. de Caſtolio ſupra-
ualentiam dictæ baſtitæ: nihil. n. donaſſet, neque remiſiſſet Do.
de Caſtolio, ſi baſtita non eſſet maioris pretij q̃ vẽdita fuerit: ſed
qũo erit maioris pretij, ſi de ſexaginta duabus ſomatis venditis
tollantur decem: & qũo dabitur ſupraualentia, ſi non detur in-
tegritas rei venditæ. vnde infero, Do. de Caſtolio, q liberauit Pe
trum ab oĩbus, q̃ ſibi debebantur ob hanc cãm, qa Petrus dona-
uit ſibi ſupraualentiã, non reperta aliqua ſupraualentia, potuiſſe
agere actione ꝑſcriptis verbis, oriente ex ꝯtu tranſactionis ꝯ
Petrum ad intereſſe, in quo intereſſe hñda eſt rõ deficientis mẽ
ſuræ, l. naturalis. §. 1. ff. de pręſcri. verbis, gl. & ſcrib. in l. ſiue apud,
2 C. de tranſ. ex quib. apparet, ꝙ fundamenta aliàs per me facta
in aliquo non fuerunt eliſa nec ſublata. non ob. in quantum dr̃,
ꝙ D. de Caſtolio incidit in pęnas l. ſi qs maior, agendo ad fru-
mentum, ſeu eius valorẽ; qa eſto ꝙ agere nõ potuiſſet ad iſtud
frumentum, non tñ põt Petrus prætendere, ꝙ Do. de Caſtolio
inciderit in pœnas l. ſi quis maior. quia prius ipſe ꝯuenerat, &
3 qui prius fuit in mora adimplendi tranſactionem † iuratam, nõ
põt obijcere alteri non adimplenti, ꝙ inciderit in pęnas, in quas
prius ipſe inciderat, vt late conſuluit Cor. conſi. 246. vr̃ in hac,
lib. 3. Alex. in l. cum proponas, C. de pact. & in l. ſemel mora, ff.
ſol. mat. ſequuntur Taurinen. in repe. d. l. ſi qs maior, in 8. not. ꝙ
autẽ Petrus prius ꝯuenerit non adimplendo promiſſa patet, qa
tenebatur intra triduum tradere ſexagintaduas ſomatas prædi-
cto do. de Caſtolio, quas quadragintaduas ſomatas in termino
tridui non tradidit, vt iurauerat, ergo &c. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ in
tranſactione Petrus nõ iurauit tradere ſexaginta duas ſomatas:
ſed baſtitam uenditam, quia reſpondeo, ꝙ ſi iurauit tradere ba-
ſtitam venditam, ſatis iurauit tradere ſexaginta duas ſomatas,
quia baſtita uendita fuit ad menſuram lx. duarum ſumatarum,
non ad corpus, vt probaui in primis allegationibus, quibus nihil
ex aduerſo reſpondetur, & dicere, ꝙ dicatur pfecta venditio, li-
cet non tradat̃ integra menſura, non vr̃ iuridica propoſitio q̃tũ
ad terminos noſtros, videlicet q̃tum ad hoc, ꝙ uenditor dicat
perfecte impleuiſſe ꝯtum pro parte ſua. qui. n. uendidit ſexa
ginta duo iugera terræ, non dr̃ perfecte ꝯtum adimplere, niſi
oĩa ſexaginta duo iugera tradat, l. ſi in qualitate, l. Iu. §. ſi Titius,
cum mille concord. ff. de act. emp. In cã d. de Caſtolio ꝯ Petrũ
Caualerij duo dubia reſultant. Primum eſt, an per iſta uerba,
uendiderit ſeu alienauerit baſtitam cum ſexaginta duabus ſo-
matis tam terrarum, pratorum, q̃ hermaſij, uineæ, & orti, pre-
tio pro qualibet ſomata prati florenorum decem, & pro quali
bet ſomata terræ, & hermaſij florenorum decem, & pro quali
bet ſomata uineæ, & orti, florenorum quinquaginta, dicatur fa
cta uenditio ad menſuram uel ad corpus: nã primo caſu actoe
obtinebit ſupplementum menſuræ, ſcđo caſu non. Secundum
dubium, an per tranſactionem & liberationem gñaliter factã
hincinde poſt uenditionem, do. de Caſtolio cenſeatur remiſiſ-
ſe ſupplementum menſuræ, qđ nunc petitur. Omiſſa diſputa-
tione, q̃ ſuperfluam arbitror in caſu iſto claro. Rñdeo ad pri-
5 mũ, ꝙ uẽditio dr̃ facta ad mẽſurã. † ubi. n. pretiũ format̃ a men
ſura, & nõ a totalitate rei, tunc dr̃ celebrata uẽditio iuxta men
ſurã, ſm Bal. in rub. C. de ꝯh. emp. & ſm Bar. l. Iul. §. ſi Titius, ff.
de act. em. bñ ꝓbatur in l. q fundũ, §. q agrũ. ibi, ad ſingula iuge
ra, & in l. qđ ſæpe, §. itẽ in his. ibi, in ſingulos modios, ff de ꝯh.
emp. hic aũt ꝑtiũ formatur a menſura, & in ſingulas ſalmatas
cõſtituitur, igitur &c. Circa ſm viſum prima facie mihi fuit, ꝙ
do. de Caſtolio remiſerit ẽt ſupplementũ menſuræ. illa. n. uer-
ba de oĩbus, q̃ uſq; in diẽ ꝑſentẽ inſimul agere habuerunt, cum
ſint gñalia, gñalr̃ ſunt intelligenda. l. 1. §. & gñaliter, ff. de lega.
ꝑſt. & gñalis liberõ, q̃ ſalua rõne recti ſermonis reſtringi non
ꝑt, gñaliter liberat l. pluribus, & l. & uno, §. 1. ff. de accep. ſimili-
ter gñalis tranſactio impedit litis ingreſſum quo ad oĩa, l. ſub
ꝑtextu, C. de trãſ. & in ſpẽ, ꝙ liberõ facta piſta uerba, uidelicet
ab oĩbus, q̃ uſque ad ꝑſentẽ diẽ agere in ſimul habuimus, ope-
retur liberationẽ gñalẽ quo ad oĩa. firmat Bald. in d. l. ſub ꝑtex-
tu, & Iaſ. in l. ſi de certa, C. e. & ſm Bar. in d. l. ſi de certa, & Pan.
5 in ca. 1. de tranſ. Tranſactio † gñalis liberat ab oĩbus, de quibus
tranſigentes in gñe ſaltẽ cogitarunt, de quibus autem in gñe co
gitarint, cognoſcitur ex uerbis, uel actione intentata ſecundum
eos, quos ſilij ſequuntur hic: ex uerbis vr̃ apparere, ꝙ ẽt de iſto
ſupplemento cogitauerint, tum qa uerba gñalia ſunt de oĩbus,
q̃ uſque ad ꝑſentẽ diẽ agere & ꝯhere habuerunt cũ incidenti-
bus, emergentibus, & dependentibus ex eiſdẽ, tũ qa excipiunt
ſolũ q̃dam, ergo in certis firmat liberatio. ca. q ad agendum, de
procur. lib. 6. & in ſimili caſu ita ꝯſuluit Alex. conſi. 1 1. li. 2. Sed
ꝑmiſſis nõ obſtantibus ꝯtrium dicendũ vr̃, & vt intelligatur qõ,
dico ꝙ punctus reducitur ad hoc, an tranſigentes cogitauerint
de iſto ſupplemento. Nam ſi cogitauerunt, male agit do. de Ca-
ſtolio per prędicta, ſi non cogitauerunt, bene agit, quia gñalis li
6 beratio non trahitur † ad incogitata, l. cũ Aquilana, ff. de tranſ.
ꝙ aũt nõ cogitauerint, ꝓbo multiplici rõne. Primo conſidero,
ꝙ hmõi liberatio facta fuit gñaliter pro minori valẽtia baſtitæ
venditæ ita cantant verba liberationis. verum ſi dẽt dari aliqua
maior valentia ipſius rei uenditæ, neceſſe prius eſt dari rem ip-
ſam, cum qualitas nõ poſſit reperiri ſine ſubiecto, l. 1. & 2. ff. de
vſuſr. Scdo conſidero, ꝙ ex pacto ſpali actum fuit, ꝙ Petrus te-
neatur infra triduũ rẽ, ſeu baſtitã venditã tradere, & dimittere
prædicto do. de Caſtolio, & ꝯnr ad menſurã tradere, quia baſti
ta non fuit uendita ad corpus, ſed ad mẽſurã, ut s̃. in 1. dubio. nã
venditio ad mẽſuram facta, non dr̃ pfecta, niſi ſecuta mẽſura, l.
quid ſæpe, §. in his, ff. de ꝯh. emp. licet ergo liberatio ſit gñalis,
7 tñ non dẽt extẽdi ad pactũ † ſpãle factũ in ꝯtrũ, tum quia gñi ꝑ
ſpẽm derogatur, reg. gñi, de reg. iur. tum quia gñalis diſpoſitio
trahitur ad ſpecificata, l. doli clauſula, ff. de ver. obl. Accedat alia
rõ, voluerunt tranſigentes ſe inuicẽ liberare, cũ hoc tñ ꝙ Pe-
trus teneretur ad perfectionem ꝯtus uenditionis, quod tã ex pa
1 ratione pręteritionis, quia testator instituendo † uentrem uxoris si pręgnans fuerit, censetur instituisse quoscunque nascituros quocunque tempore, l. placet, ff. de libe. & posth. ubi si testator instituat posthumum, censetur instituisse omnē posthumū nasciturum, siue ex uxore pręsenti, siue ex altera superinducta. paria n. sunt instituere uentrem, uel posthumum, l. 3. §. nominatim, ff. de iniust. rup. testa. qui tex. fortius probat, ꝙ paria sunt dicere, uenter hęres esto, uel dicere, quicunque mihi nascetur: sed ista uniuersalis institutio, quicunque, omnes comprehendit, ergo & istam, uenter hęres esto. ¶ Secundo facit, quia illa uerba, si pręgnans fuerit, demonstrant ꝙ testator non erat certus, ꝙ uxor eēt pręgnans, illa enim monosyllaba, si, incertitudinem designat, l. Titio. ff. quando dies leg. l. cum ad pręsens, ff. si cer. pet. sed quando testator ignorat uentrem pręgnantem, videtur intelligere de quocunque nascituro, secus si sciret, quia uidetur se referre ad eum, qui est in uentre, secundum Pau. de Cast. & Raph. in d. l. placet. & probatur in l. si quis ita, §. si posthumis, ff de testam. tute. ¶ Tertio facit, quia illa uerba si pręgnans fuerit, possunt uerificari in pręsenti, & in futuro, ergo debent intelligi prout casus occurret. l. 3. in princ. ff. de adimen. lega. l. hæc conditio, § fin. ff. de condi. & demon. & sic cum casus euenerit de futuro, ita interpretanda sunt. ¶ Quarto, quia illa interpretatio est facienda, per quam testamentum sustinetur secundum gl. in l. Gallus, §. quid si quis. ff. de liber. & posthu. interest enim reipublicæ testamenta sustinen, l. vel negare, ff. quem admo. testa. aperian. facit, quia l. quoties, la secunda, ff. de reb. dub. cum vulga. ¶ Quinto facit, quia testator cogitauit de uno saltem partu: licet ergo pter spem plures postea partus intercesserint, non debet testm̄ uitiari, quia si testator considerasset, uerisimiliter idē disposuisset, l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthu. ¶ Sexto facit, quia si testatur instituit posthumum, qui ex uxore sua nascetur, & contingat duos nasci, uterque censetur institutus fauore testamenti sustinendi, secundum Fed. de Senis consi. 43. testator instituit. & Ang. consi. 301. Factum tale. & in terminis ita quęstionem nostram decidit Io. An. in addi. Spe. in rub. de testa. Ang. consi. 51. Incip. Simon Notarius. sequuntur Ale. & Mod. in d. l. placet. & reperio Bal. consi. 128. ad intelligētiam, in primo lib. decidere qōnem hoc modo, aut testator di-
2 xit, si prægnās est, † & tunc testm̄ sit nullum, quia cogitauit de eo, qui erat, uel esse credebatur in uentre, secus si dixit, si prægnans esset, quia intelligitur quandocunque, argum. l. fin. C. de posthu.

posthu.hæred.institu.& d.l. placet.& ita etiã consuluit Baro.
consil.6. Vbi Christus,in primo dub.volu. 3. ¶ Præmissis non
obstantibus,secundum ea quæ proponitur, contrarium vr de
iure verius,qa in facto psupponitur,ꝙ iste testator existimabat
ea infirmitate illa potius decedere, quã euadere, quo casu ſm
eõem Doctorum sententiam,illa verba,si pgnans esset,† intel-
liguntur de præsenti,& ad futurum nullatenus pñt adaptari, cũ
mens testatoris esset amplius non posse viuere,& ꝯſr nõ pos-
se amplius vxorem impregnare.ſm Ang.in allega.consil.51.Si
mon Notarius.quem sequitur Pau.de Ca.consi.409.in 2.parte
Casus iste,ad finem. sequuntur Alex.& Mod. in d.l.placet. &
bene probatur in l.fina.C.de posthu.hęr.institu. iunctis iis,quæ
scribunt Doct.ibi,& in l.commodissime,ff.de lib.& posth.pro
concordia illarum legum dicunt,ꝙ in d.l.fina.testator putabat
se moriturum.ideo dixit, qui mihi intra 10. menses nascetur.
ideo intelliguntur de posthumo, qui tunc erat in uentre, siue
in vita,siue post mortem,& per ista soluuntur omnia ꝯtria.quia
procedunt quando testator non credebat mori ea illa infirmi-
tate. ¶ Sed quia dura videri posset illa interpretatio iudici timo
ratæ conscientiæ, ideo alia ratione probo istud testamentum
fore nullum ratione præteritionis, etiam ꝙ testator cogitasset
de quibuscunque filiabus nasciturus post testamentum. Et ad
4 hoc comprobandum præmitto,ꝙ ille dicitur † preteritus, qui
non est institutus,nec vt oportet,exhæredatus, licet ei aliquid
legatum fuerit,l.inter cætera, ff. de libe.& posthu.l.iuañ,§ qui
5 rogatus,ff.ad Trebel. Hinc dicimus,ꝙ legitima † debet relinqui
filio honorabili titulo institutionis, alias testamentum est nul-
lum,§.aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appel.co-
6 gno.Hoc sic præmisso,dico huiusmodi † testamentum nullum,
quia filiæ fœminæ nasciturę fuerunt præteritæ, i.non exhære-
datæ,nec aliquid titulo institutionis sibi relictum.& ꝙ ita sit pa
ter per inspectionem testamẽti,per quam probatur optime ne
gatiua coarctata ad scripturam testamenti,l.Titiæ textores, &
ibi not.maxime per Mod.ff.de leg.1.Non ob.si dicatur, ꝙ fuit
institutus venter,quia verum si nascerentur masculus,si vero na-
scerentur fœminæ,testator tunc legauit cuilibet florenos 100.
& cum hęc verba satis clara sint, ideo non est aliter hęsitandũ,
l.ille,aut ille,§.cum in uerbis,ff.de lega.3. illa enim dictio,si ue
ro,disiungit sensum,& uerba,vt per Barto.in l.si quis ita,ff.de
au.& argẽ. leg. & est inchoatiua alterius orationis, & diuersi-
ficatiua pręcedentis,l.precibus.§.si vero.C.de impub.cum sim.
Non obst.si dicatur, quòd illa verba, iure particularitatis, ad
saluandum testm̃ debent exponi, i.iure institõnis, ne imperitia
7 † Notarij obsit voluntati testatoris,vt in simili dicit Bald.in l.si
enim ante,C.de don. ante nup.ibi decidit, ꝙ si Notarius dicat,ꝙ
pater iure restitutionis reliquit,saluatur testm̃, & dẽr intelligi,
iure restõnis, i.institõnis, quia verbum restitutionis facilè trahi-
tur ad directum, vbi intentio testatoris non repugnat l. quę-
rebatur,ff. de mili. test. Item ibi non apparet, quod magis titu-
lo institutionis, quam legati reliquerit. Item propter conso-
nantiam dictionum, ibi satis constabat de imperitia Notarij.
Ideo isto casu non debet nocere voluntati testatorum,secus in
casu nostro,vbi apparet de voluntate testatoris, ꝙ titulo legati
reliquit illa 100. quo casu nulla fit impropriatio ad sustinen-
dum testamentum, postquam apparet de sua intentione, ſm
Bald.in l.quoties,ad fi.ver.si autem testator, C.de hæred. instit.
Et illa verba,iure particularitatis,nullo pacto admittunt istam
impropriationem idest, iure institutionis, unde testamentum
hoc modo sustineri non potest. Hinc est, ꝙ si testator dixerit,
relinquo filiæ 100. pro sua benedictione, testamentum erit
nullum tanquam filia fuerit pręterita;& illa verba, pro sua be-
nedictione, non admittunt hanc expositionem,i.pro sua insti-
tutione,ſm Imo.in l.his uerbis,ff.de hære.instit. Phil.de Peru.in
c.si pater,de test.in 6 Alex. in l.nam quod, §. non omnis, ff. ad
Treb.& in consi.statim allegando.Ias.in auth.nouissima, C.de
inoffi.testa.col.8. Non obst. si dicatur,ꝙ per illa verba,iure parti
cularitatis,apparet,saltem ꝙ testator voluit legare illa 100. pro
parte sua,quo casu si testator reliquit filię pro parte sua, intelli-
gitur reliquisse pro sua legitima,ſm Bart.in l. peto, in princ. ff.
de leg.2.etiam tunc substinetur testamentum,quia iure institu-
tionis censetur uoluisse relinquere,ſm Bart. Bald. Fulg. & Pau.
de Cast.in auth.vnde si parens,C.de inoffi.testam. Bart. in l.fi.
ff.de pec.leg.sequitur Bart.consi.151.incip. Marsilius. & consi.
seq.Pau.de Cast.consi.149.in 1.parte.Ro.in d. §.non omnis, &
Cat.in c.Raynutius,de testa.Bald.& Pau.in l.humanitatis,C.de
impub. vbi in specie dicunt, ꝙ si pro parte sua testator aliquid
relinquat,ualet testm̃, & subintelligitur iure institutionis, licet
nõ addiderit testator ista uerba,in quibus eum instituo. & idem
uoluit Cor.consi.298.ante omnia.col.3.in 1. lib. & istam dicit
esse *communem* Dec.in d.l. humanitatis, quia ista opinio non
est uera,& posito ꝙ sit uera,nihil facit in proposito. In primis
ꝯtrium tenuit Petrus de Eugubio inter consilia Bar. ꝯsi.155.quã
tis maximi Doctores.& ꝯtrium consuluit Alex.consi.70.incip.
uiso consilio,in 2.lib. & ꝯtrium tenent Io. And. & Io.de Imo.
& And. Sicu.in d.c. Raynutius.Iason in d.aut.nouissima. Phil.
de Perusio in d.c. si pater,col.21.Michae.in suis notab.Alex.in
d.l.humanitatis, & in §.non omnes, Salyc.in d.l. quoties.Soc.
consil. 76. viso testamento, in 3.parte. Et ista sine dubio est ve-
8 rior, quia pro forma requiritur, ꝙ titulo † institutionis relin-
quatur.d.§.aliud,& quia *communis* est sententia, ꝙ verbum re-
9 linquo, † additum certę rei, importat legatum, non institu-
tionem,l.cogi.§.& generaliter,ff.ad Treb. non obstat respon-
sio Decii dicentis,ꝙ ista communis opin.fallit, quando est reli-
ctum pro legitima, quia ista fallentia aliquo iure non proba-
tur,& expresse contrarium probat tex.in dict.§.aliud,in ver.vel
alium quemcunque modum. Et posito, ꝙ contraria opinio
esset verior, tamen nihil ad casum nostrum, quia procedit,
quando aliquid fuit relictum filiæ pro sua legitima, per ver-
bum, relinquo: secus si per verbum,lego.ratio diuersitatis est,
quia quando datur aliquid in testamento per verbum, relin-
quo, tunc potest intelligi dupliciter, vel iure institutionis, vel
iure legati; ideo in dubio fit interpretatio,vt datum intelliga-
10 tur iure institutionis, vt actus † potius valeat, quam pereat, l.
quoties.ff.de reg.iur.& quia necessitas nos vrget ita interpreta-
ri,& hoc modo verificatur ratio Bart.in dicto consil.151. secus
quando per verbum, lego, quia tunc apparet de voluntate, ꝙ
testator voluit relinquere iure legati, ideo cessat interpretatio,
vt in simili dicit Bart.in l.centurio, columna quarta,ff. de vulg.
& pupilla. faciendo propter hoc differentiam inter verba dire-
cta ciuilia, & directa non ciuilia, & istud præcise est,quod vo-
luit Bald.in d.l.quoties, ad fidem, dum dicit,ꝙ si iure legati ali-
quid relinquatur,tunc testamentum est nullum,quia licet olim
11 secundum legem duodecim tabularum, verbum † lego, esset
commune, l. verbis legis, ff de verbo. signifi.tamen hodie di-
stincta sunt ista nomina, vt patet in titu. de hæred. institu. &
in titu. de leg. alias si contrarium diceremus, sequeretur ꝙ di-
spositio dicti §. aliud quoque capitulum, esset ludibriosa, nec
in rerum natura vnquam posset verificari, quod non est dicen-
dum. Non obstat, si dicatur,ꝙ nos sumus in terris ecclesiæ,vbi
debet seruari ius canonicum, secundum quod *communis* opi-
nio est,ꝙ sufficiat relinquere legitimam quocunque relicti titu-
lo, vt dicit Alexan. in dicta l. inter cætera, ff. de libe. & post-
hum.qui Alexand. malè dicit, quia magis communis est, ꝙ de
12 iure † canonico debeat relinqui honorabili titulo institutio-
nis, secundum Iasonem in dicta authent. nouissima, Barba.in
dicto cap.Raynutius. Philip. de Perusio in dicta ca. si pater. co-
lum.16.& sequenti.vbi auctoritates & rationes refert,quas bre-
uitatis cã omitto,quia ista opin.ꝙ ẽt idem sit de iure canonico,
ꝙ est de iure ciuili,obseruatur vbique,& est verissima, cum nõ
repetiatur ꝯtrium decisum de iure canonico,ca.1.de nou. oper.
13 nunc. Stantibus præmissis,videndum nunc est,an stante † clau-
sula codicillari in forma, de qua fit mentio in dicto testamen-
to,teneantur filiæ præteritæ restituere hæreditatem fideicom-
missum filio instituto. ¶ Secundo posito ꝙ sic, an possint de-
trahere de earum portionibus legitimam & Trebellianicam.
Circa primum videtur dicendum,ꝙ in casu nostro clausula co-
dicillaris nihil operatur,quia *communis* est sententia, ꝙ quando
clausula codicillaris est formata per tempus pñs tantum: puta,
si non valet iure testamenti, &c.tunc rupto testõ ex natiuitate
posthumi non sustinetur etiam vt codicillus, ſm Bart. in l.1.ff.
de iure codici.quia cum semel a principio valuerit,defecit con
ditio illa, si non valet. Contrarium credo verius in casu oc-
currenti duplici consideratione.Primo quia clausula codicilla-
ris est concepta cum uerbo,põt,iuncto infinitiuo. dicitur enim
in testõ, ꝙ testator voluit valere & iure testamenti, & iure co-
dicillorum,& omni meliori modo, quo valere potest,quo ca-
14 su verbum, † põt, iunctum infinitiuo est extensiuum etiam in
futurum ſm Bart in l. si ita, col. pen. ff.de auro, & argen. leg.
¶ Secundo, quia testator superuixit per tantum tempus post
natiuitatem filiorum ꝙ potuit mutare testamentũ. unde bene
colligitur, ꝙ uoluit ualere saltem in uim codicillorum ſm
Pau.de Cast.cõsi.568 inci.Ad primum,in 1.parte, & consi.seq.
per l.athletæ, §. dat remissionẽ,ff. de excu.tuto. Alexan. consil.
30. Ponderatis his,in 3.vol.Corn.consi.195.In hac,col.pen.lib.
1.& consi.255.Antequam aggrediar,col.pen.in 3.lib.Præterea,
ut ibi dicit Alex.magis *communis* opinio est, ꝙ indistinctè clau-
15 sula † codicillaris concepta per uerba habentia tractum in futu-
rum operetur effectũ suum.& idem firmat Alex.& Ias.per pla
in d.auth.ex cã,C.de lib.pter.& in uariis consiliis,quę referre nõ
expedit.Bart.in d.consi.6.in 2.dubio. ¶ Vltimo uidendum est,an
hæc filia pterita possit deducere de fideicommisso litimam, &
Trebellianicam.Et pculdubio cum censeat purè grauata,vr cõ
cludendũ,ſm *cõem* Doctorũ sniam, ꝙ solum litimam ualeat
deducere,ſm Bartol.in l.Papinianus,§.meminisse,ff. de inoffi.
testa.& in specie dicit, ꝙ qñ testm̃ est nullũ pp defectũ testium
uel alia rõne, puta defectum pteritionis filiarũ, tunc virtute clæ
codicillaris uenientes ab intestato censentur rogati restituere
statim, ideo detrahunt unam tm̃ quartam, allegat not. in auth.

ex cā, C. de lib. p̄ter. q̄ loquit q̄n testm̄ est nullū vitio preteritionis, & φ grauatus restituere statim, nō possit duas quartas detrahere, firmant Canonistę in d. ca. Raynutius & in ca. Raynaldus de testa. Bar. & Legistę in l. quamquam. C. ad leg. Fal. & latissimè Faber in repe. aut. nouissima, in 24 q. in antep. char. C. de inoff. test. dicens ita vbique seruari de ꝯsuetudine, & in casu p̄teritionis tenet Ale. consi. 56. Circa primum, col. fi. vol. 1. Barba. consi. 20. Factum sic se habet, Bald consi. 36. Proponitur. in 3. parte. Bal. consi. 391 Factum tale est, ea. parte. ¶ Cōtrariū, quod
9 imo posthumus p̄teritus, † grauatus pp cl̄am codicillarē possit detrahere duas quartas, tenet Pau. de Cast. in d. aut. ex cā, colum. pe. ver. sed nūc querit, & Ias. col. antepe. ver. tertia questio glos. est. & Pau. de Cast. in d. §. meminisse. Ang. cons 99. Pet. de Vrbe. Faber in d. aut. nouissima. vbi dicit, φ ita consuluerūt Frā. Tig. Bar. Bal. ad contraria rn̄det, φ loquuntur in p̄teritione filij nati tempore testamenti. quia tunc a principio testamentū est nullum, & sic pure grauatus censetur, secus si fuit præteritus filius nasciturus, quia tunc valuit a principio testamentum, & censetur preteritus grauatus sub conditione, si testamentum non valebit, quę est proprie conditio, cum sit de futuro, vt notatur in l. cum ad p̄sis. ff. si cer. pet Et ista vltima opinio videtur amplectenda, attento quod fuit opinio aliquorū, φ indistincte filius detrahat duas quartas, siue pure, siue sub conditione grauetur, quam firmat Io. And. in d. cap. Raynutius. licet communis sit in contrarium, vt s. dixi. intelligamus igitur opinionē Io. Andr. procedere in omni grauato sub conditione saltem de futuro. Attento etiam, φ fuerunt plures alij, qui tenuerunt, φ clausula codicillaris non operetur effectum vllum, quando testm̄ ē nullum vitio preteritionis, prout tenuit gl. in d. aut. ex cā, fm̄ quam consuluit Bal. cons. 387. Quædam domina, in 5. parte vbi dicit, quod ꝑlicet Doctores quamplures teneant contrariū, tn̄ in tanto discrimine bonum est adhęrere opi. gl. licet ergo velimus tenere ꝯ gl. vt tenent communiter Doctores, tn̄ dicendū est, φ dicta clausula restringatur, vt minus operetur quam sit possibile, argumen. nota in l. serui vestri, C. de noxali. & ista opinio placet, quia per eam reducuntur opiniones in puncto isto difficili ad concordiam. Laus Deo.

¶ Ita iuris esse censeo ego Io. Fran. de Ripa ex nobilib. de Sancto Nazario, I. V. D. & iura ciuilia interpretans in florentissima Auenionensi Academia, in cuius fidem subscripsi & subsignaui, saluo iudicio saniori.

De hęred. insti. & de libe. & posthu.

RESPONSVM I.

TEstatrix Honoratum nepotem hæredem Instituit, eiq; Carolū his verbis substituit. et si contingat hęredem sine liberis ex suo corpore legitime procreatis, aut alias sine illis, q suorum appellatione eidē in futurū succedere q̄uodolibet potsēt, ab hoc seculo migrare: tūc & eo casu eidē, & suis sic decedēt. b. d. Carolū substituit. Quęstionis ē, an cōsobrinus hæres institutus a nepote hęrede sine liberis legitimis defuncto deficere faciat conditionem fideicommissi. Dubitationem augent illa verba, qui suorum appellatione, &c. idest an is cōsobrinus suis commode annumerari possit, & maxime cum huiusmodi dictio suus, de iure plures recipiat interpretationes, verum quia a verborum proprietate, nisi mens disponentis repugnet, nullatenus recedendū est, & ex verbis testatricis manifeste appareat eam non tantum de agnato successore cogitasse, vt ex illis verbis aut & quomodolibet in futurum succedere possent, recte ponderatis, nisi cauillemut, manifeste patet: quare respondemus ex institutione hęredis de dicto consobrino ab eodem nepote facta fideicommissum de iure expirasse.

SVMMARIVM.

1 *An consobrinus, hæres institutus a nepote hęrede defuncto sine liberis, præferatur substituto ipsi nepoti sine liberis decedenti.*
2 *Edictum de testamentis, an prohibitorium sit.*
3 *Suus quinque modis in iure accipitur, & ibi vide declarationem.*
4 *Argumentum a partibus remotis licite a iure admittitur.*
5 *Alternatiua, aut, debet alternare diuersa.*
6 *Suorum successorum appellatione non tantum descendentes, agnati, transuersales, sed etiam cognati comprehenduntur.*
7 *Dictio, quomodolibet, adeò vniuersalis est, quod omnia ea, quæ sub ea cōplecti possunt, comprehensa videantur.*
8 *Suorum hæredum appellatione ij tantum veniunt, qui a lege ciuili inter suos hęredes connumerantur.*
9 *Agnationis & cognationis differentia de iure nouissimo sublata est, & vide nu. 10.*
11 *Verba testamenti ambigua, ab alijs clarioribus verbis interpretationem accipiunt, & vide nu. 15.*
12 *Non honoratus, grauari non potest.*
13 *Mulier consilio Galli non astringitur, cum filios in potestate non habeat.*
14 *Omnis oratio, quæ varijs modis accipi potest, eam recipit interpretationē, quæ vitio caret.*
16 *Declaratum debet interpretari, & sensum recipere an declarante, & non econtra.*
17 *Dictio seu, declaratiuè accipitur.*
18 *Verba geminata mentem testantium adeo indicant, ut interpretationem contrariam non admittant.*
19 *Verba generalia restringuntur, ne negatoria dispositio intelligatur.*
20 *Verba in fauorem instituti adiecta, in eius fauorē latissime sūt īterpret.*
21 *Ea interpretatio in dubio sumenda est, ex qua perplexitas euitatur, ac actuum nullitas reiicitur.*
22 *Pluriū verborū impp̄riatio nō admittitur, licet vnius ꝑsape recipiatur.*

Respon. Interpreta.

TEstatrix Honoratum nepotem suum hęredem instituit, eique substituit Carolum ijs uerbis: & casu quo cōtigeret hęredē sine liberis ex suo corpore legitime procreatis, aut alias sine illis, qui suorum appellatione eidem in futurum succedere quomodolibet possent, ab hoc seculo migrare: tunc & eo casu contingente, eidem, & suis sic decedentibus, substituit Carolum, &c. Quęritur,
1 an † consobrinus hr̄s institutus a nepote hęrede defuncto sine liberis faciat deficere conditionem fideicommissi, tanquam sit de illis, qui suorum appellatione possunt eidem nepoti succedere? Constat consobrinum esse in quarto gradu de iure ciuili, §. quarto autem gradu. Institu. de gradibus, & cessante linea ascendentium, non extantibusque transuersalib. proximioribus, hr̄ditatem ad eum deferri sublata dr̄ia agnationis, & cognationis, aut. cessante, & aut. post fratres, & in corpore vnde sumitur, C. de legitimis hęredibus, & ideo constat eum esse de illis, qui possunt succedere ab intestato, & ex test amento, cū
2 † edictum de testamentis nō sit prohibitorium, idest φ omnis habet factionem testamenti actiue, & passiue, & sic omnis potest hęres institui, qui non reperitur prohibitus, l. filiusfamil. ff. de testamen. Sed quia non omnis, qui potest succedere, legitur positus in conditione, sed ij tantum, qui p̄nt succedere, vt sui, idcirco hęsitatur, an ꝯsobrinus hoc loco dici possit de illis, qui appellatione suorum continentur, & qui vt sui succedere p̄nt?
3 ¶ Proculus hęsitationis resolutione premisso, φ † quinq; modis potest dici suus. Primo dicitur suus, qui sit de liberis in potestate parētis, & primum locum teneat, & dr̄ suus, quia domesticus, & quasi dn̄s est ēt patre viuente, Insti. de hr̄d. qualit. & differen. §. sui, in prin. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. Secundo dicit suus hr̄s omnis, qui a lege ciuili, & pretoria, inter suos hęredes numerantur, inter quos sunt omnes descendentes, ascēdentes, & transuersales agnati, instit. de legi. agnat. & cognat. succes. in prin. Nā cognati, qui a prætore solo vocātur, inter suos hr̄des non p̄nt dinumerari, quia p̄tor p̄t aliquē facere directo hr̄dē, §. quos autem, Inst. de bon. pos. Tertio, oīs dr̄ suus, qui ab intestato p̄t succedere: cęteri verò, q ex testō tm̄ succedunt, extranei nominantur, l. hr̄ditas, cū sua gl. C. de pac. conuen. in Aut. de hr̄di. & fal. §. si verò oblatū. collatio. 1. l. qcūq., la a. C. de omni agro deser. lib. 11. c. filij, ad fi. de hæret. li. 6. Quarto, oīs hæres etiam extraneus ex testō vocatus, dr̄ suus, quasi in suum ius & locū successerit, l. si post diem, cum gl. ff. qn̄ dies lega. ced. ¶ Videndū est ergo de quib. suis senserit testatrix, nā si senserit de lib. fm̄ primum modū, vel de ascendentib. & trāsuersalibus agnatis, vt in secundo loco dcm̄ est, certū est condōnem esse defectā, & esse locum fideicom. qa ꝯsobrinus nō est de liberis, neque de agnatis, cū ex fęmina, i. ex sorore coniunctus sit, Inst. de leg. agna. tu. §. 1. Si vero sensit tā de agnatis, q̄ de cognatis, vel de oī hęrede, ꝯstat cōdōnem nō defectā eē, qa hic ꝯsobrinus est cognatus, d. §. 1. & est hr̄s ex testō. Ego existimo testatricē sensisse de suis tā cognatis q̄ agnatis, q ab intestato huic nepoti succedere potuis-
4 sent, quod probo † argumento a partib. remotis, quod est validissimum argm̄, fm̄ gl. in l. qui se patris. C. vn̄ libe. de suis, s. liberis, quorū appel. veniūt oēs descendentes. l. liberorum. ff. de ver. sig. Nō p̄nt intelligi hęc verba, aut alias sine illis, qui suorū appe. eidē in futurū quōlibet succedere p̄nt, tum quia alternatiua (aut) posita inter liberos, & illos qui suorum ap. succedere p̄nt,
5 dēt alternare diuersa, † fm̄ gl. in rub. ff. si ager, vecti. vel emphi. pet. & in l. vbi pactū, & ibi Bar. & alij no. de trans. tum quia si illa verba, aut alias sine liberis, vel illis, qui suorum appellatione continentur, restringerētur ad liberos, quos testatrix posuit in prima pte ꝯdōnis alternatiuę, eēt altera pars alternatiuę, quę de suis loquitur, frustra adiecta, φ non possumus, neq; debemus dicere. l. si qn̄. ff. de leg. 1. c. si Papa, de priuil. li. 6. Nō ēt de suis, s. descendētibus, & trāsuersalib. agnatis duntaxat intelligi p̄nt. Tum qa testatrix loqtur de suis, q̄ p̄nt succedere, & sic de suis succes-
6 sorib nō de suis, s. hr̄dib. † suorum āt successorū app. nō tm̄ descendentes, & agnati trāsuersales, sed ēt cognati ꝯprehendunt, qa & ij successores dicuntur, l. stiplō ista, in prin. vbi gl. & scrib, ff. de ver. ob. & l. q̄dā, §. nihil. ff. de edē, tū quia testatrix posuit in ꝯdōne suos, q p̄nt succedere qūolibet, & sic suos, qui non tantū iure agnationis, sed ēt iure cognationis p̄nt succedere, nam di-
7 ctio, † qūolibet, est vl̄s ꝯprehēdēs quicqd p̄t sub ea comprehendi,

hendi, s'm gl. in cle. 2. in verbo, quolibet, de snia excom. c. indemni-
tatib. circa mediū, in verbo quolibet. i. quocunq; mō, de elect. li.
6. l. 1 ff. de test. milit. l. 2. ff. de pac. dotal. cum simi. de quib. p Dec.
consi. 47. col. 1. uol. 1. Soc. consi. 15. col. 9. li. 1. Cu. sen. cōsi. 50. Vo
8 de nihil facit ad rūbum, q appel. † suorum heredum, ij tantum
veniant, qui a lege ciuili inter suos hēdes cōnumerantur, in quorū
numero non sunt cognati, quia rñdetur dupliciter, q hic nō q̄ri
tur de suis heredib. sed de suis successoribus, & non quæritur de
suis successorib. simpliciter, sed de suis successoribus quolibet,
quo casu non est dubium et cognatos contineri, ut latè per Ias.
post Ale. in d. §. nihil, & in l. 2. §. prætor ait, ff. de eden. & in l. cum
filio, ff. de leg. 1. Scdo, quia hodie cognati vocātur a iure ciuili, &
9 a constōne Iustiniana, nulla habita † dñā agnationis uel cogna-
tionis, §. si quis igitur. in Auth. de hæredib. ab intest. ergo etiam
cognati hodie connumerantur inter suos hēdes, cū ij, qui a cō-
10 stitutionib. Imperialib. ad hēditatem uocantur, inter † suos cō-
putentur, patet iurib. vulgarib. Quæ regula licet forte facta fue-
rit ante constōnem d. §. si quis igitur, attamen ad futuras constō
nes porrigitur, l. non est, ff. de leg. maxime cum lex antiqua pro
cedat per viam interpretationis, interpretando quod omnis uo
catus a lege, uel constitutione principis, inter suos hæredes sit
numerandus, quo fit, ut constitutiones futuræ interpretatæ intel
ligendæ sunt secundum leges antiquas interpretantes, vt est tex.
in Auth. de filiis ante dotalia instrumenta natis, in princ. & do-
cet Pan. in c. si. de rescrip. & alibi sæpe.

Qui veritas est, me in uiam dirigat ueritatis.

¶ Punctus totius controuersiæ consistit in intellectu horum uer-
borum, si Honoratus heres decesserit sine liberis ex suo corpo-
re legitime procreatis, aut alias sine illis, qui suorum appel. eidē
Honorato in futurum quomodolibet succedere possent: utrū
illa verba, aut alias sine illis, intelligenda sint de descendentibus
duntaxat? an vero etiā de transuersalib. agnatis & cognatis? Si de
solis descendentibus intelligantur, purificata erit conditio sub-
stitutionis fideicommissariæ. Si etiam de agnatis & cognatis, erit
ipsa conditio defecta. ¶ Respondi superioribus diebus de agna
tis & cognatis, qui dicuntur sui successores, interpretationem
faciendam tribus rationibus. Primo, quia alternatiua, aut, posi-
ta inter duas conditiones debet alternare diuersa. Secundo, q̄a
illa alternatiua, aut, alias sine illis, qui suorum app. quolibet suc
cedere posset, essent frustratoria, si de descendentibus solis in-
telligatur, cum in prima parte alternatiuæ, & in prima cōdōne
forent positi liberi, quorum app. ueniunt oēs descendentes. Ter
tio, quia illa verba, quolibet succedere possent, clarissime demō
strabant oēs, qui ut sui poterant succedere, fuisse in conditione
positos. Vnde cū in uerbis nulla sit ambiguitas, mihi uisum fuit
amplectendum sensum, quē uerba demonstrant. ¶ Verum ex
aduerso intelligo alium sensum dari, & de solis descendentib.
illa uerba, aut alias sine illis, intelligi rationibus seq. Primo, quia
11 illa uerba dñr † ambigua, ergo p alia uerba testamenti declarā
da, l. qui filiabus, in prin. ff. de leg. 1. l. sed utrum, ff. de petitio. he-
redi. dr autem factam fuisse mentionē suorum in instōne, qua
testatrix instituit Honoratum & suos, quę institutio suorum ur
facta iuxta consilium Galli, & sic necessario intelligitur de libe-
ris do. Honorati hēdis instituti, q per uulgarē censentur substitu
ti, ne ex præteritione testm̄ annulletur, l. Gallus, ff. de liber. &
posthu. docent Barto. & alii in eadem l. §. si modo uerbum suos
positum in instōnib. q̄a ipsi honorantur, intelligitur pro descen
dentibus: ita quoq; intelligendū ur uerbū suorū, positum in cō
dōne. Quæ interpretatio suaderi dr ex eo, q sui in cōdōne posi-
ti leguntur grauati, ut probant illa uerba, & suis sic decedentib.
&c. Ex hoc grauamine arguitur, q testatrix sensit de suis, quos
honorauit in instōne, & sic de liberis, alioquin nullū foret gra-
12 uamē, q̄a q † nō honoratur, grauari nō pōt, l. Labeo, C. de fideicō.
l. sed & si sic, ff. de leg. 3. Ista consideratio primo aspectu admo-
dū subtilis, & arguta ur. sed si intentius animaduertatur, appare
bit falsa, & nihil concludere. ¶ In primis aduertendum est, quod
13 hic agitur de testatrice † fœmina, in qua ur cessare cōsilium Gal
li, quia non hēt filios in ptāte, l. illud, § ad testamenta, ff. de bon.
poss. contra tab. & est tex. Insti. de exhrd. lib. §. mater. Sdo aduer
tandum est, q uerbum, suos, in instōne ponitur indeterminate
14 ut probaui in aliis allegationibus. Omnis † enim oratio, quæ ua-
riis modis intelligi pōt, in ea interpretatione sumēda est, q̄ uitio
caret, l. quoties in stipulationib. ubi gl. declarat, ff. de uerb. oblt.
Tertio aduertendum est, q uerbum, suos, non ponitur in con-
ditione simpliciter & indeterminatè, sed declaratiuè, & speci-
ficè, ut sonant illa uerba, aut alias sine illis, qui suorum appella-
tione eidem Honorato quomodolibet succedere possunt. il-
lud relatiuum, qui suorum, &c. declarat uerbum illis, ut intelli-
gatur de successoribus, qui ut sui possunt quolibet succedere,
l. i. C. de sacrosan. eccl. l. omnes populi, ff. de iust. & iure. Si ad
ista duo aduertatur, apparebit considerationem aduersariam
retorqueri, & contra eorum intentionem facere. Quia conce-
ditur, q una pars testamenti ambigua declaretur per aliam cla-
15 ram & certam: sed † nos dicimus q illa dicitur ambigua, quæ
est generalis, & indeterminata, illa dicitur clara & certa, quæ
reperitur declarata & determinata. Ideo sequitur, q uerbum,
suos positū in institutione (quia fuit gñaliter & indeterminate
prolatum) dēt intelligi, & declarari a uerbo, qui suorum ap-
pellatione quolibet pñt succedere, quod stat declaratiue. Decla
16 ratum † enim dēt interpretari, & sensum recipere a declarante,
non ecō, l. hēdes palam, §. si quod post, ff. de testa. l. asse toto ff. de
here. insti. & l. si quis a filio, §. 1. ff. de leg. 1. Dicamus ergo, q uer-
bum, suos, indeterminate positum in instōne, intelligatur de
suis, qui ab intestato succedere possint ipsi Honorato, de quib.
reperitur facta spālis & determinata mentio in eodem testō, d.
l. qui filiabus, in princ. Comprobatur hic sensus, quia etiam in
alia parte eiusdem testamenti seipsam declarauit testatrix, de
quibus suis intelligeret, & subiungit, q hæres suus I. nomina-
tus & sui, seu illi, qui in futurū quolibet in bonis suis succedere
17 possent. pondera illam dictionem, seu, quæ † coniungit, seu de-
clarat sensum illius uerbi, sui, l. si. §. hęc omnia munera, ibi, ciui-
lia seu publica, ff. de muneri. & hono. & l. ad protegendum. C.
de in lit. dan. tuto. docet Bart. in l. si quis ita, ff. de auro & argen.
legato. ex hac geminata declaratione constat de enixa mente
testatricis, q intellexit de suis, qui quoquo modo poterant ut
18 sui succedere, & non de suis descendentibus duntaxat † gemi-
natio enim demonstrat eniaam mentem, & aufert omnem in-
terpretationem contrariam, l. Balista, ff. ad Treb. Et quod illa
verba, instituit Honoratum & suos, intelligenda sint de iis, qui
ab intestato vt sui succedere possunt, voluit Pau. de Cast. consi.
374. Visis omnibus, lib. 1. in nouis. vbi dicit iste est communis
testantium sensus & communis vulgaris loquendi modus, non
autem q intelligant de suis, qui sunt in potestate, & sunt de de-
scendentibus duntaxat. & idem dixit Pau. consi. 40. 4. lib. 1. Duo
videnda sunt. quod tanto magis dicendum est in hac testatrice,
quę seipsam talem sensum habere bis declarauit. ¶ Secundo
intelligo adduci aliam rationem, videlicet q intelligendo ver-
bum suos, de iis, qui ab intestato vt sui succedere possunt, nu-
gatoria quodammodo foret substitutio facta de Do. Gauchar-
do, quem tñ amantissimum appellat. quia raro vel nunq̄ eueni-
re potest, q quis decedat absque agnatis, vel cognatis, ergo re-
19 stringenda est conditio, vt de † liberis intelligatur, sicut in simi-
li dr de hac conditione, si sine hærede, quę restringitur ad libe-
ros, ne testator videatur fecisse fideic. nugatorium, cum nun-
quam soleat quis decedere sine hærede attento q in defectum
omnium succedat fiscus, l. 1. C. vnde vir, & vxor. & facit tex. in
19 cap. coram, ibi, cum raro, vel nunquam, de offi. delegat. † ista ra
tio vr multum persuasiua, sed si bene attendatur apparebit
eam esse fallacem & perniciosam, quod sic detegitur. Constat
testatricem magis dilexisse Honoratum quam Gauchardum.
quia hunc hæredem fecit, illum sub duplici conditione alter-
natiua substituit, leg. Publicus, §. 1. ff. de condit. & demon. Con-
stat ēt illas duas condōnes alternatiuas fuisse in substitutione
adiectas fauore ipsius Honorati, & non Gauchardi, l. filiusfam.
§. cum quis, cum similibus, ff. de leg. 1. fuerunt etiam liberi ipsius
Honorati, & ij, qui appellatione suorum succedere pñt, in
conditione positi, ad exclusionem ipsius Gauchardi, vt traditur
per glo. in l. Lucius, la secunda, ff. de hæredi. instit. & per Senen.
in l. heredes mei, §. cum, ita, ff. ad Treb. ergo hæc verba condi-
tionalia, sunt interpretanda, & intelligenda magis in fauorem
ipsius Honorati, quam Gauchardi, leg. in conditionibus, §. si
patronus. ff. de condi. & demon. vbi hęc conditio, si primus hæ-
res non erit, quia fauore primi adiecta ad exclusionem substi-
tuti late interpretatur, vt hęc conditio, si heres non erit, intelli-
gatur etiam si non erit bonorum possessor, & sic tam in succes-
soribus iuris pretorij, quam ciuilis conditio purificatur. Ita hęc
conditio, aut sic sine illis, qui suorum appel. quoquo mō succe-
20 dere pñt adiecta in fauorem Honorati, debet † intelligi de illis,
qui pñt succedere tam de iure pretorio, vt sunt cognati, quam
ciuili, vt sunt descendentes, & agnati. Nihil ergo facit, quod te-
statrix appellauerit Gauchardum consobrinum dilectissimum,
quia constat eam prædilexisse Honoratum quem plu[illegible] mi
nus grauare voluisse q̄ fieri possit. l. vnum ex familia, §. si rem,
ff. de leg. 2. l. nummis, ff. de leg. 3. cum similib. Ideo, donec sibi es-
set aliquis de agnatione proximior, vel cognatione, noluit sub-
stitutioni locum esse, & si aliter illa conditio sine illis intelliga-
tur, frustra adiecta foret in fauorem ipsius Honorati, cuius tñ
fauorem adiecta legitur, vt ex prædictis patet. ¶ Ad rationem
contrariam, q raro vel nunq̄ substitutio potuisset habere effe-
ctum, respondetur, q imò poterat habere effectum in euen-
tum, q Honoratus decessisset sine agnatis vel cognatis, ea quo
patet nihil ad rem facere. simile in leg. ex facto, §. si. ff. ad Treb.
quia ibi sub conditione, si sine hærede simpliciter, hic sub
conditione si sine successore ab intestato. Ideo ibi restrin-
gitur ad liberos, quia sunt heredes sanguinis, non ad hære-
des bonorum; quia non est dare rationem, quare magis ad
heredes ex testamento, quam heredes ab intestato restrin-
genda sit, in casu vero nostro reperitur facta restrictio per

testatũ ad hrædes ab intestato, merito non recipit aliam restrictionem, & hoc casu non procedit decisio d. §. fi. Ita signanter determinat ibi Ale. col. fi. vbi post Rap. Cum. dicit, q substitutio fcã sub conditione, si sine hrẽde legitimo decesserit, intelligitur si sine hrẽde ab intestato, & valet. pro quo est tex. in l. si quis ita hrẽs instituatur, si legitimus, ff. de hrẽ. instit. Soc. cons. 95. col. 8. lib. 4. & si diceretur, Gauchardũ esse de illis, qui ab intestato succedere põt Honurato, ergo ſm hunc nostrũ intellectum perplexa esset substitutio, quia ipse esset in conditione positus ad ex
21 clusionẽ suipsius, quod non est dicendum eum in dubio † sit euitanda perplexitas, quæ substõnem inutilẽ facit, l. si Titius. ff. de cond. instit. Rñdetur, q cõdõ illa, si sine illis, qui vt sui succedere põt quolibet, intelligitur de successorib. ab intestato, pximioribus, ipso Gauchardo; quod patet ex eo, quod loquitur de ijs, qui põt succedere, ergo de proximioribus, quia remotiores non põt succedere ipso Gauchardo volente hrẽditatem adire, l. 1. C. de succes. edic. & hoc modo cessat perplexitas, cessat ẽt illa cõsideratio, quod ipso Gauchardo decedẽte sine liberis sint substituti fratres ipsius, quia ipsi non sunt proximioribus ipso. §. si plures. Insti. de legit. agna. successione. Cessat etiam dispositio d. § fi. l. ex facto, quia conditio intelligitur de quocunque hrẽde ab intestato, quo casu cessat illa dispõ, vt ſ. dictum est. Imo non intelligitur de omni successore ab intestato, sed proximiore ipso Gauchardo substituto, & ita rñdet Baldus cons. 254. Titius instituit sororem, lib. 1. Mihi autem videtur standum verbis, & non diuinandũ: non. n. puto verba conuertenda, & penitus transmutanda propter nostras imaginationes defendendas, prout video fieri in hoc casu, vbi alternatiua resoluitur in es positiuam, & dictio, alias, quæ diuersitatem designat, conuertitur, ut identitatem donet. Item illa verba, quilibet succedere põt, quæ sui nã sunt generalissima, & quæ quoscũq; successores ab intestato, tam de iure prętorio, quam ciuili, in conditione positos designant, restringantur ad solos descendentes, licet enim
22 aliquando tolleretur impropriatio † vnius verbi, tamen nusq̃ duorum vel trium, & minus plurium, vt de subauditione dixit Vlpia. in l. 1. §. legi autem, ff. de hæred. institu. Laus Deo.

De sub. & pac. in matri. adiectis.

RESPONSVM I.

Nobilis Ac potens Do. Antonius de Claramonte dominum Ioannem eius filium hæredem instituit, & eo decedente sine liberis, plures suos filios gradatim substituit, & vltimo morienti sine filijs domi. Tristandum de Claramonte, & eius filios gradatim substituit. Quæstionis est, an substitutio expirauerit, cum domi. Ioannes decesserit cum liberis masculis, & fœminis, & quoniam etiam Domi. Tristandus & eius filij non domino Ioanni, sed vltimo morenti substituti sunt. Verum quia dominus Antonius Ioanni alternatiuè substituit, videlicet si Ioannes eius hæres sine liberis, vel si liberi dicti Ioannis sine liberis decederent masculis, & vltimo sic decedenti dominum Tristandum, & eius filios substituit: quæ quidem conditio purificata est, nempe quia dominus Iacobus, Guido, & Ioannes, filij prædicti domini Ioannis sine liberis decesserũt, ideo substitutioni locum esse respondi, præsertim quia dominus Tristandus non simpliciter, sed alternatiuè ipsi domino Ioanni substitutus est, sed ad veritatem alternatiue ipsi dominó Ioanni substitutus est, sed partem vetam esse, maxime etiam cum huiusmodi substitutio vltimo sine liberis decedente, facta sit compendiosa, quæ fideicommissariam continet: in fideicommissaria autem substitutione peremptis gradibus præcedentibus hæreditas remanet penes grauatum cum onere restituendi substitutis in gradibus subsequentibus, qui etiam filij domini Ioannis in conditione positi ea verisimili mente testatoris tanquam honorati & subinde grauari potuerunt, licet commuvnis sñia repugnet, quæ limitationẽ recepit a pięcturata voluntate testatoris, & iudex a cõi concurrente aliqua coniectura discedere facile potest. ¶ Et licet in huiusmodi fideicommissaria substitutione ea tñ veniant, quę ea vltima voluntate capiuntur, & ideo bona ipsi Ioanni donata in fideicommisso contineri nó videantur: tñ ſm ea, quæ proponuntur, in fideicõmisso contineri rñdi, & omnia bona dicti dñi Antonij iure fideicõmissi ad filios dicti domini Tristandi spectare detracta legitima, & Trebellianica, si phibita non fuerit. ¶ Ioannes pdictus, filius, & hrẽs dicti dñi Antonij testũ pariter condidit, in quo institutus legit Iacobus ipsius testatoris filius, & velis hrẽs; & si dictus Iacobus sine filijs masculis decessent, eidem Ioannem eius fratrem substituit, & eidem Ioanni sine filiis masculis decedentibus, substitutus est secundo genitus domus de Claromonte habilis ad succedendũ, & ea lege ne sit ecclesiasticus. & qa dicti Iacob. & Io
1 annes sine liberis decesserunt superstitibus tribus liberis domi-
2 ni Tristandi, videlicet Reuerendissimo dño Francisco Cardinali, & Legato Auenionensi, secundo gen to; nec non magnificis dominis Petro, & Guidone tertio, & quarto, respectiue genitis, & longe antequam substitutioni locus fuerit, prędecessent dominus Ludouicus primogenitus. Iõ quãnia ẽ, an hmõi substitutio caduca sit, cum Reuerendissimus dñs Legatus secundo genitus ecclesiasticus sit, & vbi caduca non sit, quæritur qs hoc loco secundugenitus habeatur, Petrus scilicet, an Guido? Et licet Reuerendissimus dominus Legatus secundogenitus probetur, quia secundo loco natus est, tamen huiusmodi substitutionem nullo iure caducam esse respondi, quia Reuerendissimus dominus Legatus respectu substitutionis, de qua agitur, secundogenitus dici non recte potest, nam qualitas requisita ad actum, debet adesse tempore, quo de illo actu agitur. & eo tẽpore, quo actus consumat effectum; & maxime in substitutionibus, in quibus oportet qualitatem adesse tempore, quo substitutionis dispositio sumit effectum, ideo Guidonẽ, & si quartogenitus sit loco, hoc tamen casu secũdogenitum habilẽ ad portandum nomen, & arma domus de Castro nouo respondi. dominus vero Petrus, & si tertio sit loco genitus, hoc tamen casu primogenitus de Claromonte habetur, cum nullus sit respectu domus & familiæ de Claromonte, qui eum præcedat: dimidia igitur bonorum domini Antonii ex eiusdem testamento ad omnes filios domini Tristandi deuoluitur, dimidia verò bonorum, quę fuerunt quondam domini Ioannis filij domini Antonij, ex eiusdem testamento ad Guidonem spectat. Quia nec hrẽditas, nec hrẽditatis quota, pacto dari non potest, cum huiusmodi pacta contra bonos mores recipiantur, qa liberam testandi facultatem tollunt, ideo huiusmodi pacta etiam in contractu matrimonij celebrata nullo iure defendi possunt, nec iuramentum contra bonos mores pręstitum obligatoriũ est, quare respondi huiusmodi pactum (quo cauetur, q fauore dicti matrimonij Ioannes sit hæres vniuersalis Antonij eius patris reseruatis vsufructibus eius vita durante, & sexcentis libris annui redditus, de quibus libere disponere possit) de iure non subsistere. Quod etiam in vim donationis defendi nullo iure potest, quia ex verbis testamenti constat Antonium non donare, sed iudicium suum vltimum in Ioannem conferre voluisse, ea quo ipsum hrẽdem vniuersalem appellat. Nec iuramentum potest operari, quod actus testandi in donationem resoluatur, cum non soleat iuramentum vltra consensum operari, nec dispositionem auget, sed quam reperit, confirmat. Quæstionis insuper est, an donatio Castri noui, & Claromontis, in primo pacto matrimoniali scripta, soli Ioanni facta videatur, cum non fuerit Ioanni, & liberis, sed soli Ioanni fauore matrimonij & liberorum ex eo nasciturorum facta, & sic verba dispositiua donationis non sunt concepta in personam liberorum, nec per Ioannem pro illis fuit recepta donatio. Quare respondi ipsis liberis ex huiusmodi donatione nullum ius acquisitum esse, licet fauore filiorum facta legatur, potuitque Ioannes de eisdem bonis liberè disponere, de quibus etiam grauari non potuit, ex quo iam effecta erant propria ipsius domini Ioannis per retentionem vsusfructus illorum a testatore, nam in fideicommisso vniuersali non veniunt bona propria hæredis grauati. Sed posito, quod ea superiori pacto Castra illa liberis ex illo matrimonio nascituris ordine successiuo post mortem domini Ioannis data intelligantur, prout mens donationis applaudet: iterum dubitari contingit, an in huiusmodi donatione filiæ fœminæ comprehendantur: quod manifestè negamus, quia ex dispositione declarata non acquiritur, nisi quatenus in declarãte continetur; sed in dispositione declarante filiabus nulla donatio facta legitur de dictis Castris, nec de aliis bonis, sed solũ iubentur dotari in summa scutorum quinque millium, licet dici possit filiis masculis ex eodem matrimonio nascituris dicta Castra donata censeri post mortem domini Ioannis, saltem in vim modi adiecti per illa verba, fauore liberorum pro illis educandis, &c. nam dictio illa, pro, modum inducit, & exclusio filiarum, mediantibus quinque millibus scutis, inclusionem masculorum aperte demonstrat, & quia masculi ex illo matrimonio grauati dotare filias, honorati manifestè arguuntur, & licet liberi in conditione positi, honorati nullo iure probentur, si tamen fideicommisso grauentur, tunc honorati iudicantur, ex quibus sequitur domi. Ioannem non potuisse dicta Castra suis filiis masculis relinquere, nec de illis in præiudicium masculorum in extraneos disponere posse.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus vltimo substituto, an censeatur substitutus primo instituto.*

2 *Subst̃õnis condõne deficiẽte, deficit substitutio, & ecõtra, uide nume. 4.*

3 *Non honorati grauari nõ possũt: & ibi uide, an positi in condõne, cẽseantur positi in dispositione, & vide nu. 8. & nu. 9. & nume. 11.*

5 *In substitutione fideicõmissaria, peremptis gradibus pręcedẽtibus, hæreditas remanet penes grauatum cum onere restituendi substitutis in gradibus subsequentibus.*

6. An

6 *An substitutio facta secunda nato, eo non nato euanescat, & ibi uide declarationem ad decisionem Oldr.*
7 *In substitutionibus conditionalibus, & alternatiuis, sufficit alteram partem veram esse.*
10 *Iudex concurrente aliqua coniectura potest a communi opinione dubia recedere.*
12 *In substitutione fideicommissaria, an bona heredi donata comprehendantur. & vide nu. 13.*
14 *An substitutio Ioannis facta de secunda genita domus de Claromonte habili ad succedendum, reddatur caduca, quia secundogenitus est ecclesiasticus.*
15 *Qualitas requisita ad actum debet adesse eo tempore, quo actus consummat effectum, maxime in substitutionibus.*
16 *Substitutio facta de secundogenito domus Claromontis, intelligitur de secundogenito tempore mortis. & vide nu. 17.*
18 *Mens coniecturata defuncti non minus obseruanda est quam expressa.*
19 *An pactum, quo cauetur, quod sa core dicti matrimonij Ioannes sit hæres uniuersalis Antonij eius patris, reseruatis vsusfructibus eius vita durante, & sexcentis libris annui redditus valeat?*
20 *Hæreditas pacta dari non potest.*
21 *Pactum de particulari successione a iure reprobatur.*
22 *Vsusfructus reseruatio maxime restricta ad vitam, non conseruat facultatem testandi.*
23 *Iuramentum contra bonos mores præstitum non est obligatorium.*
24 *Lex non propter bonos, sed propter malos facta est.*
25 *Vbi lex præsumit, & super præsumpto statuit, tunc nobis non licet contrarium allegare, nec præsumere.*
26 *Consuetudo contra bonos mores non recipitur, neque valet.*
27 *Nobilitas sine uirtute & probitate, consistere non potest.*
28 *Consuetudo peccati etiam uenialis nutritiua, vel solius prauitatis inductiua, & contra præcepta decalogi, non admittitur.*
29 *Facultas testandi non est de iure ciuili, sed naturali.*
30 *Intellectus ad tex. in l. apud Labeonem, ff. de iniur.*
31 *Si in contractu matrimonij contrahens aliquem suum dicat, uel faciat hæredem, censetur in eum ultimum iudicium conferre.*
32 *Iuramentum non ampliat dispositionem ultra consensum, sed quam reperit, confirmat.*
33 *Pactum, quod de consuetudine, aut speciali nobilitatis prærogatiua defenditur, in uim vltimæ voluntatis sustinetur, & id fauore militiæ. & nume. 34.*
35 *Dispositio iudicatur secundum tempus, in quo confertur.*
36 *An donatio Castri noui, & Claramontis. in pacto matrimoniali apposita soli Ioanni, aut eius filijs, ex illo matrimonio nascituris, facta intelligitur.*
37 *In fideicommisso uniuersali non ueniunt bona propria hæredis grauati.*
38 *Ex dispositione declarata ius non acquiritur, nisi quatenus in declarante continetur.*
Dictio, pro, modum inducit.
39 *Filij fideicommisso grauati honorati censentur.*
40 *An castra acquisita filijs masculis do. Ioannis æqualiter omnibus, an uni tantum acquisita intelligantur.*
41 *Dispositio non extenditur ad personas in ea non expressas.*

Respon. Interpreta.

VT breuius Quo fieri possit, resolutio tot quæstionum habeatur, duo tm̃ responsione quæmur, cætera, quæ ex longa facti serie proponuntur, vtpote nõ necessaria omittã. Prima itaq; huius consultationis portio versabit circa substitutiones, quib. vocant filij do. Tristãdi de Claromonte. Secunda vero versabitur circa pacta adiecta tã in contractu matrimonij contracti inter do. Catharinam sororem dñi Io. de Lanson ex vna, & dominũ Ioannem ipsius dñæ Catharinæ patrem & dñam Mariã matrem. quæ in renunciatione hæreditatis paternæ, & maternæ facta per dictam Catharinã. Quib. discussis apparebit de quib. bonis potuerit testari d. Io. vltimo defunctus absq; liberis, & quod ius spectet d. Petro virtute allegatarum substitutionum, & quod virtute institutionis hæredis. & pariter patebit an modernus dñs de Lanson filius d. do. Catharinæ habeat ius vllum in bonis, quæ fuerunt quondam dñi Io. & Mariæ eius respectiue aui, & auiæ maternæ. ¶ Veniendo ad primã partẽ in qua quæritur primo, vtrum euanuerit, vel locum sibi vendicauerit substitutio, qua d. Antonius post multos substitutionum gradus, quibus gradatim vocauit filios suos vltimo morienti sine liberis masculis substituit d. Tristandum de Claromonte, & eius filios gradatim. ¶ Videtetur prima consideratione rñdendum, quod euanuerit duplici rõne. Primo, quia dñs Tristandus, & eius filij non le-
2 guntur substituti dño Ioãni hæredi instituto, sed ultimo † filio substituto, ergo non possumus nos dicere, quod testator uoluerit Ioanni substituere, cum istud non reperiatur a testatore dispositum, l. quidam cum filium, vbi Bal. & alij not. ff. de hær. inst. l. unica, §. si autem ad deficientis, C. de cadu. tollen. qua rõne cõsuluit Oldr. consi. 177. inc. testator in suo vltimo, quod si testator instituit filium primo nasciturũ, & si in pupillari ætate, vel aliàs quãcũque decederet, substituerit secundo nasciturũ, & si secundus in pupillari ætate, vel alias quãcunque moriatur sine liberis, substituerit Bernardum fratrem. concludit Old. quod non nato secundo substitutio euanuerit, quia Bernardus fuerat substitutus secundo hæredi instituto. Sequitur Io. And. in add. Spe. d. tit. de test. super rub. in addit. magna. ver. occurrit et casus nouissimus. ¶ Secundo, quia cõ-
3 ditio † substitutionis deficit, nam do. Ioan. decessit cum liberis masculis, & fœminis, ergo quantum ad dñm Io. substitutio expirauit, l. filiusfam. §. cũ quis, ff. de le. 1. l. ex facto, §. pen. ff. ad Treb. cũ concord. Nec dicatur, quod do. Tristandus, & eius filij fuerint substituti et vltimo liberorum ipsius dñi Ioannis, tum quia substitutio istud non cantat, tum quia si substituti fuissent vltimo liberorum decedenti sine filijs, substitutio non valuisset, quia ipsi liberi non legun-
pore per iura sup. allegata, & maxime per tex. in d. clem. vnic. &
tex. in d. §. sed neque, vbi iudicium hypothecarię concurrit cum
iudicio actionis principalis, &c. & ista sufficiant explicata ad cla
rificandum veritatem huius articuli. Laus Deo.

RESPONSVM III.

SEntentia Absolutoria lata super arresto, non pa-
rit exceptionem rei iudicatæ super prin-
pali iudicio, quare eodem tempore super vtroq; simul &
semel procedi potest, cum vtrunque iudicium diuersum
& separatum esse, diuersę actiones diuersique effectus demon-
strent. Quapropter sancta, atq; iusta fuit interlocutoria domini
Iudicis, a qua iniquè & perperam prouocatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia absolutoria super arresto, non parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio principali.*

2 *Officium iudicis imploratur ad obtinendum arrestum pro cautione debiti.*

3 *Vbi plura remedia, pluresvè actiones competunt ad diuersa, processus u-nius non impedit processum alterius.*

4 *Cumulatio regulariter est licita, nisi reperiatur prohibita.*

5 *Ex separatis non infertur.*

Respon. Interpret.

IVdicio cui non obstat snia, non ob. litis pendẽtia, l. sed
1 si añ. de exc. ff. snia † añt lata sup arresto absu-
lutoria non parit exceptionẽ rei iudicatæ in iudicio intẽta-
to pro ̃secutione crediti, vt patet ad oculũ. sequitur ergo, q̃
super vtroq;, videlicet super arresto, & super actione cõsecutio-
nis crediti vno & eodem ̃pe, simul & semel, procedi potest. Sã
cta itaque fuit interlocutoria do. Iudicis, & inique & iniuste ab
ea prouocatum fuit. & licet ista clarissimi iuris adeo sint, q̃ pu-
deat insistere, vt tñ satis faciam do. Ioanni de Buzafis, petenti rñ
deri obiectis ̃ hanc interlocutoriam, breuib. demonstrabo, q̃
potest simul super vtroq; iudicio procedi, & adducta in opposi
tum, nihil faciunt ad propositum Et in primis præmitto, q̃ pro
2 arresto † cõpetit officium iudicis, q̃ imploratur pro cautione,
& securitate crediti, l. aut prætor, §. si creditorẽ, ff. de ijs, quæ in
frau. credi. Actio vero ex stipulatu competit pro consecutione
crediti, & oritur ex pręmissis, & identitate, de qua in instrumen
3 to. Hoc sic ̃missio, suppono aliam ̃clusionem, ubi plura † reme
dia, pluresve actiones ̃petunt ad diuersa, processus vnius nõ im
pedit processum alterius, l si idem cum eo. ff. de iu. om. iu. in ca-
su nostro officium iudicis competit pro securitate & cautione.
Pręceptum in vim submissi, sed actio ex stipulatu competit pro
consecutione, & sic ad diuersos fuerunt proposita, ergo proces
sus super uno, non impedit procedi posse super altero. Tertio.
4 cumulatio † regulariter est licita, nisi reperiatur prohibita, fm
gl. Bar. & alios in l. edita, C. de eden. sed in casu nostro non repe
ritur prohibita, ergo &c. Imo dicit, q̃ est expresse permissa, cũ
possit sequestrum pro securitate crediti fieri ẽt lite pendente, c.
fi. de sequest. poss. & fructu. & probatur in l. si fideiussor, §. fi. ibi,
vel lis finem accipiat, ff. qui satisd. co. voluit Sal. in l. vni. ver. quęro
septimo, C. de proh. b. sequest. pec. Cur. in tra. de sequest. in 13.
q̃stio. Nõ obst. allegata in ̃triũ & primo non obst. l. edita, C. de
eden. per quam dr̃, q̃ d. Ricarda non debuit processib. inuolui,
quia loquitur, qñ plures libelli ad idem proponuntur, vel quan
do post litem contest. libellus mutatur. Nos autem loquimur,
qõ plura remedia inuicem se competentia competunt ad diuer
sa quę possunt simul (ut prędixi) cumulari. Item non obst. dum
dr̃, q̃ pronunciandũ fuit prius super arresto tãquam super emer
genti articulo: quia rñdetur dupliciter. Primo, q̃ ista iudicia sunt
5 penitus separata, † vñ vnum non põt dici incidens, vel emergẽs,
q̃tũ ad aliud, l. fi. ff. de cal. ad hoc. n. vt exceptio dicatur emergẽs
vel incidens, oportet q̃ emergat, uel incidat in iudicio, de quo
tractatur, c. tuam, cum vulgari. de ot. cog. Scdo rñdetur, q̃ uerũ
est, si qõ, siue exceptio emergens, sit ̃iudicialis processui, i. si ̃p-
nunciatione nõ facta impediretur processus ad ulteriora, secus
si non impediretur, fm Pan. in c. 1. col. 2. vers. sed conclude, de
ord. cogn. in casu nr̃o processus vnius cãæ nõ impedit p proces
sum alterius, vt s. ̃probaui. & q̃ lite sequestro possit in cã ̃pce-
di, liquet ẽt tonsorib. cle. vni. de sequest. pos. & fru. Et hæc q̃in ma
ad iustificandũ interlocutoriam dni iudicis, qui sapiẽter ordina-
uit litẽ esse ̃testandam. Circa vero arrestũ, an fieri potuerit, non
est pñtis speculationis, quia corã alio iudice hęc cã discutitur, &
instructo ̃cessu qd̃ iuris sit opportune discutietur. Laus Deo.

RESPONSVM IIII.

CVm manifeste constet exceptionem refectionis expensarum dilatoriam esse, ideo in litis ingressu
& non post absolutum processum proponenda erat,
merito proponenti non prodest, quæ etiam eidem nõ
prodesset, & si in litis exordio proposita fuisset, secundũ ea quę
proponuntur, nempe quia facto aduersarii domina Firmina
Barietona variare, ac mutare iudicium coacta fuit, idq; iure permittente
egit, quare nihil proponi potest cur pœnã mereatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio refectionis expensarum dilatoria est.*
2 *Exceptio dilatoria frustra opponitur post litis ingressum,*
3 *An liceat in iudicio variare absque expensarum refectione.*
4 *Quod lege permittente fit, nullam pœnam meretur,*

Respon. Interpret,

SEro Opponitur abacularis exceptio refectionis expensarum rõne mutati libelli, seu verius mutati iudicii.
Cum prius fuerit per honestam mulierem d. Firminã
Barietonam intentatum interdictum retinendæ, & variando
postea proposuerit interdictum recuperandæ, seu pdõnem
1 ex lege municipali, siue ex statuto Comitatus, quia hmõi † exceptio
est dilatoria, vt de se patet, vt vult Bal. in l. edita, in repetitione
Perusina, C. de eden. idem Bal. in l generaliter, §. iis de pñtib. C.
2 de reb. cred. Fel. in c. 2, col. fi. de li. oblatio. Exceptio † aũt dilatoria
frustra opponitur post litis ingressum, arg. l. ita demum, C.
de procur. l. exceptiones, ff. de excep. c. inter monasterium, de re
iud. si modo videatur processus, apparebit hanc exceptionẽ propositam,
postquam fuit lis contestata post productos articulos,
& super cõdõne ex statuto Comitatus post factas probationes,
& post completum, & cõclusum processum, ergo sero opponitur.
Præterea, ubi prius supra dicta domina Firmina ppoluisset
interdictum retinendæ, quia iñ fuisset postea lite pendẽte super
3 interdicto vti possidetis spoliata, licuisset † absque refectione
expensarum variare, & intentare interdictum recuperãdę, quia
facto aduersarii fuisset coacta variare iudicium per tex. in l. i. §.
quis autem, cum ibi notat. ff. quo. lega. nam quoties post litẽ cõ
testatam uariatur factũ, permissa est uariatio, & mutatio actionis
secundum Bar. in d. l. naturaliter, §. nihil commune, in 2. lect.
ff. de acq. poss. ergo non debet varians teneri ad expensas, quia
4 ꝙ fit lege † permittente, pœnam non meretur, l. Gracchus, C.
de adul. cum si. & ita dicit Bar. in d. §. nihil commune, in 2. lect.
☞ quem alij *communiter* sequuntur.

De executio. rei iudi,

RESPONSVM I.

SEntentia generalis, & incerta, in iudicio generali admitti posse receptum est,
quæ in executione uenit liquidanda, ideo sententia
lata, ut iura omnia Regię curiæ percipi solita in Ca
stro & territorio de Barles d. Lud pertineat, & spe
ctẽt de iure, iuribus subsistit, licet in executione huiusmodi sententiæ
iura (si iure cõi non competant) veniant explicanda seu
probanda. Et uerba illa, exigi possit ab uniuersis & singulis tenẽ
tib. possessiones, & hospitia, licet copulatiue ꝯcepta sint, tamen
cum copula iungatur in generali subiecto, non copulat plures
qualitates, & in altero tantum uerificatur. quare tenentes possessiones
tantum, & hospitia tantum, eidem curiæ Regiæ tene
ri inficiari non potest,

SVMMARIVM.

1 *Sententia generalis, & incerta ualet in generali iudicio, & in executione liquidatur.*
2 *Curia regiæ competunt, quæ de iure communi probatione non egẽt, secus si ex consuetudine, uel ex conuentione eidem competant.*
3 *Quasi possessio iuris exigendi a tenentibus & possidentibus, recte per libros rationum probatur.*
4 *Inductio in possessionem fundi, & patientia aduersarij, tunc requiruntur, cum agitur de translatione iuris, & quasi possessionis, secus si de quasi possessione sola agatur, quia tunc sola patientia officio iudicis præstanda uenit.*
5 *Executio auenæ, & annonæ debita domino, fieri non debet, nisi contra tenentes & possidentes, non contra communitatem.*
6 *Copula si iungatur generali subiecto, non copulat plures qualitates,*

Respon. Interpreta.

IStud Iudicium, in quo petitum fuit oĩa iura Regiæ camera
adiudicari & restitui Magnificę do. Ludoui
cæ de Auriasono, est generale sm Mari. de Senis in c. significantib.
in 18. q. principali, post d. Ant. & alios ibi, de libelli
1 oblati. in iudicio generali † ualet sentẽtia generalis, & incerta,
& in executione fieri dẽt liquidatio, sm gl. Bar. & alios in l. i. ff. de
eden. Bar. in l. 8. C. de sen. quæ sine cer. quanti, unde restat cõcludendum,
ꝙd Vicecomes de Cadeneto, heres prædictæ d. Ludo
uicę eius matris, petens executionem sentẽtię, per quam fuit iu
dicatum, iura omnia, quæ Regia curia percipere solebat in Ca
stro, & territorio de Bareles, pertinere & spectare prædictæ d.
Ludouicæ, & Dionysium vsurpatorem dictorum iurium tene
ri ad restõnem una cum fructib. teneatur probare, & iustificare,
quæ & qualia sint ista omnia iura, & hoc est expeditum, &
clarum. Si modo quæratur, qualiter d. Vicecomes probabit, respondet
Card. in c. conquerente, in 7. q. de ordi. quędam sunt iu
ra, quæ competunt Regiæ curiæ de iure cõi, quædam sunt, quæ
competunt de iure consuetudinario, quędam ex ꝯuentione ea
2 quæ cõpetunt de † iure cõi, ut sunt mulctarum exactio, confirmationes,
& similia, nõ exigunt aliquam probationem, sed quo
ad ea snĩa mandatur executioni ipso facto. quę vero cõpetunt
ex consuetudine, exigunt probationem cõsuetudinis, qua cõsue
tudine probata, snĩa executioni mãdatur, ẽt quo ad ea. Quæ aũt
ꝯpetunt rõne cõuentionis, requirunt probationem, ipsius conuentionis,
l. 2. ibi, probare poteris, C. de pac. cum si reducendo pdĩ
cta ad casum nrm, dico d. Vicecomitem qui in executione petit
ius exigendi singulis annis triginta sextaria auenæ, & decẽ sexta
ria annonæ ab uniuersis & singulis tenentib. possessiones & ho
spitia a Regia camera, dẽre probare istud ius spectare Regię cu
riæ, quia constat Regiæ curię, tale ius non cõpetere de iure cõi,
& hoc ẽt est clarum. Sed dubitatio tota (ut video) cõsistit, an liber
archiui sufficienter probet ius istud exigẽdi spectare Regię
curiæ, ita ꝙ possit fieri executio ꝯ cõtra tem loci de Barles, quæ
se opposuit executioni, & cuius exceptionib. non obstantib. iudicatum
fuit sniam plenarie exequendam esse quo ad omnia iu
ra, de quib. in d. libro. Pro resolutione huius dubitationis, puto
aduertẽdum, quãr petatur executio. aut d. Vicecomes petit executionem
iuris, aut facti. i. aut petit se remitti in quasi possessionem
iuris exigẽdi prædictam summam auenæ, & annonę, a tenẽtib.
possessiones & hospitia a Regia curia, aut petit effectualiter
ipsam summam auenæ, & annonæ sibi prẽstari. Primo casu qa
ex libro constat, ius illud tenẽtib. & c. pertinere ad Regiam cu
3 riam, & pñr ad d. Vicecomitem, arbitror † executionem facien
dam, & d. Vicecomitem mittendum in quasi possessione iuris
exigẽdi, quæ quasi possessio est potentia quędam deducendi ius
ipsum exigendi in exercitium, ꝯ tenentes pręsdia, & possessiones
a Regia curia, sm Ang. & Imo. in l. i. ff. de acq. poss. & si dicatur,
qualiter possit mitti in quasi possessionem exigendi a tenẽtibus
cum non constet de personis tenẽtib. possess. & hospitia, nec ip
sis prædijs, & ad acquirendam quasi possessionem iuris incorporalis,
ꝙ exerceatur, requiritur inductio in possessionem fundi,
& patientia aduersarij, l. 3. §. dare, ff. de vsufr. & l. i. in fi. ff. de seru.
rust. pręd. Respondeo, ꝙ refert, an agatur de translatione iuris,
4 & quasi possessionis simul, tunc requiritur inductio in † possessionem
fundi & patientia, ita loquuntur iura pręallegata, aut agi
tur de translatione solius quasi possessionis, vt in casu isto, &
tunc sufficit, ꝙ officio iudicis permittatur d. Vicecomiti vti iure
suo exigẽdi, & vniuersitas, quę se opposuit executioni, & succu
buit, cogatur patientiam pręstare, sm Senen. in l. 3. in princ. ff. de
acq. poss. dicentes, ꝙ officio iudicis inducitur vsus & patientia.
Secundo casu non puto deuenire posse ad executionem facti, i.
5 ad executionẽ auenæ, & annonæ, nisi † ꝯ tenẽtes possessiones et
hospitia a Regia curia, quia illud participium, tenẽtib. quod est
pñtis tpis, demonstrationem facit, sm Bar. in l. i. in 7. q. ff. de cõd.
& dem. & perinde est ac si dcm̃ esset, qui tenet. quia participiũ
resoluit in relatiuum & verbũ, sm gl. in cle. i. in uerb. dignitatib.
de pb. ꝙ relatiuũ additũ verbo pñns tpis ꝯster demonstrõnẽ facere,
probat tex. in l. Stichũ, qui meus erit, ff. de leg. i. & dispõnẽ
restringit, l. cũctos populos, ubi late Bar. & alii, C. de som. trin. vñ
nisi probet, ꝙ vniuersitas teneat aliquas possessiones; & hospitia
a Regia curia, non poterit cõpelli ad solonem dictæ auenæ,
& annonę. Circa ultimum dubium, an requiratur concursus
copulatorũ, i. ꝙ vniuersi & singuli teneant possessiones, & hospitia
copulatiue a Regia curia, videretũ ꝙ sic, qa est nã copulatiuæ,
ut copula coniungat, & ea simul uera esse ꝯcludat, l. si hæredi
plures, ff. de cõd. inst. maxime, qñ ponitur inter duo substãtiua,
ut in casu nro, sm Bar. in l. i. ff. de iust. & iur. & in l. si is, q du
cẽta, §. vtrũ, de reb. dub. ff. Qđ ẽt in odiosis & pęnalib. procedit,
sm gl. in c. i. in uer. iustitiã, de re iu. li. 6. Late traditur p Fel. & alios,
in c. 2. de rescr. In ꝯrũ, ꝙ sufficiat alterũ tm̃, i. ꝙ teneant hospitia,
uel possessiones, probatur ex theorica Bal. in l. i. ff. de iust.
6 & iur. ubi vult, ꝙ si copula † iungatũ gñali subiecto, tunc non copulat
plures qualitates, vñ infert, ꝙ si fiat legatum Doctorib. Iuris
Ciuilis, & medicinæ, nõ requiritur, ꝙ petẽs legatum sit Doc.
Iuris & medicinæ copulatiuè, sed sufficit ꝙ in altero tm̃ sit Doc.
Sic ergo in casu nro, quia illa uerba ab uniuersis, & singulis tenẽtib.
possessiones & hospitia, hñt copulã adiectam gñali subiecto,
alterũ sufficere vr, et doc. Bald. sequitũ Iaſ. in d. l. i. in 8. limi. &
Alc. ꝯs. 20. põderatis, q̃ in thema. li. 3. Bñ, si q̃rat an collectiue re
q̃rat ꝯcursus copulatorũ, dicerẽ ꝙ sic. Si uero q̃rat an distributiue
requirat ꝯcursus copulatorũ, dicerem ꝙ nõ, per decis. Bar. in
d. l. i.

d.l.j.& ideo si probetur, aliquos tenere hospitia, aliquos tenere poss. d.Vicecomes obtinebit, quia & si distributiue copulata simul non concurrant, tamen collectiuè concurrunt, quod sufficiat per prædicta.

De verborum obligationibus, & præscriptionibus.

RESPONSVM I.

NVlliter, & sine iure agût Augustin⁹ Maria, & fratres de Becaria, côtra d.Octauianum similiter de Becaria hæredem d. Luchini, eo quia quondam d.Luchinum eisdem simpliciter obligatum contendant, cum ipse Luchinus non simpliciter, sed hac lege promiserit se curaturum d.Bonifortum, vt de mille satisfaceret, & eo deficiente se soluturum côstituit. Quare prædictum d.Octauianû, quem præscriptionis exceptio 40.ann.non interrupta defendit, & côtra quâ restitutio non admittitur a petitis absoluendû fore nô est, qui sit inficiaturus; attento maxime, quod idê Luchinus, a quo ipse Octauianus causam habet, in bona fide decessit.

SVMMARIVM.

1 *In quacunque petitione medium concludendi attendi debet, nu.2.*
3 *Obligatio de constituta pecunia dicitur accessoria, ideo regulatur secundum naturam principalis.*
4 *Exceptio præscriptionis 40 ann repellit agentem etiam a restitutione ex capite iustæ ignorantiæ, licet secus sit in præscriptione 30.ann.*
5 *Mala fides defuncti nocet heredi, ne possit etiam ex propria persona præscribere.*

Respon. Interpret.

CLarissime Doctor, Iudex integerrime, d.Octauianus de Bècharia absoluendus venit a petitis per magnifi.dom.Aug.Marian, & fratres similiter de Bècharia, & cum rône ineptitudinis, & processus male agitati, tum êt ratione meritorum; & pro maiori expressione præmittendum est, quod quondam d. Luchinus promisit duo, s.securaturum, quod J.4.an.d.Bonifortus daret mille. Secundo promisit, quod si non solueret, quod sol.de suo. Præmitto êt quod do.Luchinus decessit ante completos dictos 4. ann. istis sic pmissis, dico quod pdicti d. Augustinus Maria, & fratres inepte, & nulliter agunt. Nam si ptendunt d. Octauianum hrêdê d.Luchini teneri, qa non sit curatû, & cû effectu operatû, quod d. Bonifortus daret, tunc ex defectu ineptæ petitionis debent succûbere, quia qui agût ex tali stiplone, debent concludere in pclusione, quia non fuit curatum, als si mediû concludendi non câret isto mô, petitio non valet, sm Bar.in l.inter stipulantê, in prin.ff. de ver.ob.& Ang in §.si quis aliû, inst.de inu.stipu. sed si inspiciat mediû concludendi in petitione prædictorum dñorum fratrû mediû pcludêdi aliter deducitur, quia d.Luchinus pmisit soluere in certo termino, ergo non recte, neq; rite est uia pcto gnalis, qd
1 mediû pcludêdi † in quacunque petitione attendi dêt, ca.dilecti, de iud. vbi Pan.cû si. Scdo, si prædicti do. fratres agût ex isto capite, qa non curauerit d. Luchinus, quod Bonifortus solueret male, & indebite, ac sine actione agunt, qa pmissio ista continet merû fcm pmissoris, l.stiplo illa, hre licere, in princ.& ibi oês, ff.de verb.ob. Sed pmissio, seu oblo meri facti nô trâsit ad hrêdes, l.2.§.itê si in facto, ubi Bar.& alij, ff.de ver. obl ergo actio p do.Octauianum hęredê dari non pôt ipsis d.fratribus; ergo qa
2 tanqm sine actione experiuntur, non dênt audiri, l.1. si pupilli.§. videamus, ff.de neg. gest. Si vero agunt ex scdo capite, quo conuentû est, quod d.Luchinus de proprio soluer, casu quo Bonifortus non soluerit, seu satis nô fecerit, dico quod ex isto capite agere nô pñt, nec eis aliqua actio competit; & considero, quod ista oblo nihil aliud esse pôt, qm pstitutû, qa d.Luchinus casu, quo cû effectu non pôt operari, quod d.Bonifortus solueret, constituit se de pprio soluere, & ista obligatio dr obligatio de pstituta pecunia, sm qd declarat gl.& oês.in §.pstituta, inst.de ac. Sed hmôi obli
3 gatio † de pstituta dr accessoria.l.id quod, ff de constit.pec.ergo dêt rgari sm nâm principalis oblonis, cui accedit, te. accessoriû naturam, de re iu.in 6. Videamus ergo cui obloni accedit istud pstitutû, & certe cû ipse d.Luchinus eêt obligatus curare cû effectu, quod d.Bonifortus solueret, dicêdû est, quod oblo accessoria de pstituta sequena magis accedere debeat pprię obligationi, quâ obloni alterius, l.& magis, ff.de sol. Sed qa ista obligatio accedit obloni principali ipsius d.Luchini, qua erat, quod curaret, &c. ergo dêt intelligi sm eius naturâ: est autê eius natura, quod nô transit ad hrêdes, qa factû promissoris nô transit ad hrêdes; & si transit nô fuit intentata ista via, qa ex medio concludendi est intêtata alia actio, igitur &c. Obstat pręterea p ipsos d.fratres agêtes p-
4 scriptionis † exceptio quadraginta annorû, l.oês, & l.sicut, C.de præscr.30.uel 40.ann. Nec huic fundamêto obstant quæ subtiliter adduxit clarissimus Doctor do. Io.Ang. p vera & iuridica motiua facta per integritatem do.Vicarij. Et primo nô obstat dum dr, quod ex clausula, si qua mihi iusta câ, & c.côpetit restô in integrum aduersus talê præscriptionem ex capite ignorantię, iuxta dictû Bar.in l.1.§.siquis aût, ff.de itin.actuq; priua. quod côiter approbatur, ut late ostêdit Fel.in c. vigilanti, de præscr. & magis in spê adduxit consi.Alc.51. vol.1.vbi consuluit hrêdi creditoris dari restônem aduersus præscriptionem pp iustam ignorantiâ, quâ habet succedens in ius alterius. qd dictum Bar.in d. §. si qs aût, & côis opi.præall.procedit in pręscr.30.ann. sed in præscriptione 40.an.non habet locum decisio côis, quia aduersus præscriptionem 40.an.nulla datur restô êt ex capite ignorantię. Ita Alc.consi.151.viso themate, in fi.& consi.162.viso processu, vol.1. Et si dicatur, quod Alc.consi.169.viso themate, col.pe.vol.1.dicit quod côis opi.est, quod contra pręscriptionem 40.an. êt datur restitutio ex capite ignorantiæ, dico, quod illa est côis, qñ ecclesia peteret restitutionem, secus si aliquis priuatus, quia tunc procedit pria opinio, vt non detur aliqua restitutio prętextu ignorantiæ. Ita per plura subtiliter consuluit Ph.Dec.consi.29 per totum, vbi refert omnia, quæ adduci possent, & quia eius rationes, & iura videri possunt, ideo aliter non refero, & istud ponit gladium ad radicem. & ita êt consuluit Fran.Cur.Senior consi.pe.col.3.vbi dicit, se sæpius obtinuisse & defendisse suos clientulos ab ista ratione petita ex capite ignorantię. Secundo respondeo, prout respondet prædictus Fran.in d.consi.pen.col.5.vt procedat dictû Bar.qñ ignorantia causata fuit ex aliquo extrinsecus impedimêto, puta absentiæ, vel infirmitatis, ita quod non potuissent fratres pse perquirere eorum iura. Secus, qñ causata fuisset, siue procederet a simplici ignorantia. Tertio respondetur, quod procedit qñ ignorantia est verisimilis, secus quando aliqua præsumptio sciêtię militaret contra allegantem ignorantiam. Ita Practicus Papien.in fot.excep.rei conuenti, in ver.præscriptionis. Fel.in d.c. vigilanti, col.4. sed in casu nostro, ex quo tutores sciebant hanc actionem competere ipsis fratrib.& exigerent partem huic crediti, non est verisimile, quod êt ipsi fratres non intellexerint pdicta, saltem qñ tutores reddiderunt rationes, nam dicendum est quod etiam reddiderint rationes de hac parte crediti exacta, & sic quod tunc saltem deuenerit ad notitiam ipsorum fratrum, & ista est legitima præsumptio, ex quo prædicti fratres nunquam côquesti sunt de suis tutorib, l.1 §.officio, ff.de tut.& ratio.distrahêdi. Item ex quo prædicti fratres sunt prudentissimi, & in rebus suis exactissimâ diligentiam hêre soliti, non est dicendû quod tâto tpe steterint ad habendû notitiam hmôi crediti, attento maxime, vt supra dixi, quod istud scire potuerunt ab eorum tutorib.qui notitiam habebant, & quos compellere poterant actione tutelę ad edendum librum rationû, d.l.1.§.officio. Non obst.vlt dû prædictus d.Io.Angelus per multa vt in effectu concludere, quod sicut pp malam fidem do.Luchinus non potuisset pręscribere, c.fi.de præscr.pari modo nec d.Octauianus eius hæres, quia mala fides
5 defuncti † nocet hæredi, vt non possit êt ex propria persona etiâ pręscribere, & êt late comprobant Moder.in d.l.Pomponius, §. cum quia, ff.de acq.poss.col.fi. quia hoc argumentum procederet, si dom.Luchinus tpe eius mortis fuisset in mala fide. Sed ut multum iuridicè do.Vicarius scripsit, qñ decessit do. Luchinus ipse non erat in aliqua mala fide. Ideo nulla macula potuit impedire eius heredes, qui ex propria persona præscribere potuerunt. Quod aût decesserit existens in bona fide, patet, quia nondum venerat dies obligationis, & facit, quia ubi aliquis est debitor, sed non est in mora nisi interpelletur, puta quia obligationi non est apposita dies: isto casu potest pręscribere, quia non dr in mala fide, nisi secuta interpellatione, secundum Pan. in c.qd clericis, de for.comp.Fel.in d.c.fin.col.2.ergo etiam ille, qui est debitor in diem, vel sub conditione, non debet posse dici in mala fide ante euentum diei vel conditionis, quæ tacite interpellant, l.si ex legati causa, ff.de verb.obl. Et ex istis credo liquere, dominum Octauianum fore absoluêdum a petitis per hos magnificos dominos fratres, &c. Laus Deo.

De requir. re. & quæstio.

RESPONSVM I.

CVm cuilibet accusato innocentiam suâ probare liceat de iure côi: ideo dubium non est, qn Robertus Canardi petere potuerit se ad purgandum admitti. Nec eiusdem Roberti fuga, cum fuerit post accusationem & inquisitionem institutâ subsecuta, nullam pręscriptionem p eundem Robertum facit, quia vexationis causa creditur aufugisse. Nec probata fuit fuga seu discessus ex câ homicidij commissi. Potuit namque ex alia causa recessisse, & præsertim cû sponte côparuisset, nam per subsequentê & spôtaneam pparitionem oîs fugæ suspitio purgat, minusq; pŝumptiones ex aduerso ppositę eidê nocent, cû alijs, & validiorib.& verior ib. adductis præsumptionib.elidant, quare nullo iure torquendus, est

est, nec mulcta pariter pro ficta cõtumacia imponi de iure sit, quæ etsi imposita teneat, tñ parte petẽte reuocari ꝯrio, quo ꝓcessit, imperio põt ꝗ si non reuocetur, licete ab ea appellatur, nec pęna l. fi. ff. de rer. diuis. idem Robertus tenetur, nam pęna d. l. singularis est ꝯ violantes muros ciuitatis Romæ, quæ cum pęnalis sit, non extendenda, sed restringenda venit, nec pœna imposita transcendenti muros, ad egredientem per aquæductum extenditur, licet idem Robertus ob violatam foueam aliqua arbitraria pœna veniat mulctandus.

S V M M A R I V M.

1 *Accusatus nullo iure summouet, quominus innocẽtiã suã purgare possit.*
2 *An fuga faciat indicium ad torturam, præsertim occurrentibus alijs indicijs, & uide nu. 3. & nu 8.*
4 *Suspitio, quæ oritur ex fuga, per subsequentem & spontaneã comparitionẽ purgatur.*
5 *Qualisqualis præsumptio ex alia præsumptione potentiori tollitur.*
6 *Qualisqualis præsumptio ex dicto unius testis tollitur. & uide nu 9.*
7 *Transactio alicuius nomine celebrata, eidem non præiudicat, nisi illam ratificauerit.*
10 *Duo testes concordes, & plene deponentes, & omni exceptione maiores, destruunt omnes præsumptiones contrarias.*
11 *Verus contumax de iure mulctari potest, nec mulcta reuocanda uenit, quæ indicta fuit.*
12 *Mulcta pro ficta contumacia imponi non potest, quæ tamen imposita petẽda est reuocari. & ibi uide aliqua de reuocatione.* *suum.*
13 *Dispositio l. fi. ff. de rer. diuis. quia pœnalis est, extẽdẽda nõ est extra casum*
14 *Pœna imposita transcendenti muros, non uendicat sibi locũ in eo, qui egreditur per foueam factam sub muris.*
15 *Violans foueam aquæductus, s. exeundo per eam de ciuitate, arbitrario uenit puniendus.*

S V M M A R I V M.

IMputatur Robertus Canardi filius d. Iacobi, domini Loci de Aquiletii, Vapineñ. diœcesis, de homicidio perpetrato in personã Ioannis Bocardi de mense Septẽbri proxime præterito, in loco Buxij. Itẽ impu-
1 tatur de violatione murorũ, quia dr̃ cõmisso delicto, seu homicidio aufugisse, & egressum fecisse per aquædoctum desluẽtem subtus muros dicti loci; & quia dictus Robertus arripuit incontinenti fugam, fuit citatus trib. edictis, & ob cõtumaciã, & ꝯtẽptũ ipsius nõ cõparentis, nec mãdato iudicis parẽtis, fuit mulctatus pęna librarũ quinquaginta turoñ. Nũc vult dictus Robertus purgare cõtumaciã, & ostẽdere eius innocẽtiã, idõ quærit, seu dubitat, de plurib. quarũ dubitationũ resolũo petitur. Primo dubitatur, an dictus Robertus audiendus sit, ita ꝙ cõstito de innocentia eius dẽat p iudicẽ, q eũ trib. edictis citauit, absolui? Scdo, an duo testes deponentes Robertũ nõ ꝑcussisse occisũ, sed proclamasse delictũ ꝓhibẽdo, ne occisus offenderet, deponentesq; ipsum Robertũ a casu se reperisse in loco, & actu cõmissi homicidij, hẽat iustificare suã innocentiã, & tollere ꝓsumptionẽ subortã ꝯ eũ ꝓp fugã, ꝓpq; dcm̃ occisi, asserẽtis se fuisse primo ꝑcussũ a dicto Roberto, & ꝓp trãsactionẽ initã inter hẽdes occisi, & cognatos dicti Roberti, sup dicto homicidio. Tertio, an eo absoluto, mulcta librarũ quinquaginta sit in totũ annullanda, vel moderanda? Quarto, an constito ꝙ egressus fuerit locũ Buxij p aquędnctũ subtus muros desluẽtẽ, dẽat puniri pœna capitali, iuxta dispõnem l. fi. ff. de rer. diuis. Rñ agendo, vt conuenit cuilibet rñdẽti de iure. Ad primum, dico, admittẽdum esse dcm̃ Robertum ad se purgandũ, & ostendendũ suã innocentiã, vt est casus in l. 1. & 2. C. de requi. reis. & in l. 1. §. pe. & fi ff eo. vbi dr̃, ꝙ nulla tpis
2 præscriptiõe a cãæ defensione † accusatus summoueatur. ad idẽ tex. in l. Diuus, § sic & Diuus, ff. de custo. reo. vbi Bar. dicit istud indubitãter ꝓcedere de iure cõi. Cum ergo nullũ ꝓsupponatur statutũ in ꝯrĩũ, stabimus iuri cõi. Circa scdam dubitationẽ, duo discutiẽda sunt. Primo an fuga iũcta depositione occisi, & trãsactione prædicta faciat plenã probõnem, ꝙ Robertus aliud non probans possit cõdẽnari, vel ad torturam poni. Scdo, posito ꝙ plene ꝓbet, vel faciat indiciũ ad torturã an talis ꝓbatio elidat, & tollatur p dicta testiũ deponẽtiũ in fauorem dicti Roberti? Ad
3 primum rñdeo, ꝙ cõis opi. est, ꝙ fuga faciat indiciũ † sufficiẽs ad torturã, ſm Bar. in l. fi ff de q̃st. & in l. lege Cor. ff. ad Silla. & hanc dicit cõem esse sñiam dñs Fel in c. nullus, de ꝓsumpt. & Ias. in l. admonẽdi, col. 72. ff. de iure. Et in casu pñti, ꝙ faciat indicium ad torturam, non vr̃ dubitandũ, quia cũ fuga cõcurrũt alia indicia, videlicet assertio occisi attestantis se fuisse percussũ a pdicto Roberto, quæ defuncti ꝯfessio & depositio, licet nõ faciat plenã, nec semiplenã ꝓbõnẽ, l. si qs in graui, §. si qs moriẽs, vbi Bar. & alij, ff. ad Silla. tñ facit aliqualẽ præsumptionẽ, ſm glo. & Bal. in l fi. C. de calum. Soc. ꝯs. 5 inc. visis testib. col. pe. & l. 3. accedat alia ꝯiectura, quia fuit visus hora patrati delicti ꝓpe locũ homicidij cũ ense, ꝓp ꝙ ꝓsumit, ꝙ ipse interfecerit, ſm Bar. in d. l. fi. col. pe. Gãd. i trac. malefi. sub rub de ꝓsũp. & indicijs. ver sexũ indiciũ Soc. i d. ꝯs. 54 co. 3. Roborat̃ ꝓmissa ꝯiectura ex trãsactiõe habita per cognatos Roberti cũ hẽdib. occisi, nã qui transegit de delicto, de quo imputat̃, fateri vr̃, l. qm̃, ff. de ijs, q no. infa. & licet ipse Robertus nõ transegerit, & nõ possit dici, qđ ipse videat̃ fateri; tñ negari non põt, quin oriat̃ suspicio ꝯ eum, quia nõ est verisimile ꝙ cognati trãsegissent, si de delicto non culpabilis eẽt. Præmissis non obstãtib. ſm ea, q̃ proponuntur, arbitror ꝓmissas coniecturas ẽe indicium ad torturã non facere dato, ꝙ Robertus nihil ꝓbasset in oppositũ, & posito ꝙ sufficerẽt, dico eas elisas penitus p probationes ꝯrias factas ꝓ parte Roberti. Primo considero, ꝙ fuga ita demum facit indicium ad torturã, si ante criminalem accusationem & inquisitionem reus aufugeret. Se-
3 cus † si post, quia tunc ꝓsumit̃ cã vexationis euitandæ aufugisse, ſm Lu. Ro. in d l. lege Cor. arg. eius, qđ dixit Bar. in l. miles, §. socer p illum tex. ff. de adul. sequitur Ias. in d. l. admonendi, col. 71. Fel. in d. c. nullus. vñ si Robertus aufugisset post citationẽ emanatã, & cõminatã, fuga nihil probaret ꝯ eum, sed quia in facto istud clarè non deducitur, ideo transeo ad aliã considerationẽ. Cõsidero itaq; scdũ, ꝙ ad hoc vt fuga probet, oportet ꝙ appareat concludenter, ꝙ Robertus ex cã dicti homicidij recesserit a loco, alias discessus simplr̃ probatus non probat, nec facit indiciũ ꝯ eum, cum potuerit ex alia cã recessisse, arg. c. cũ contumacia, de hęretic. lib. 6. qđ admittit Archi. nisi ex alijs indicijs cõuincatur discessisse ex cã delicti, ita Arch. in c. nihilominus, 3. q. 9. & Soc. in d. cons. 54. col. pe. & facit, ꝙ nõ probat hoc eẽ, qđ ad hoc ꝯtingit abesse, l. non hoc. C. vnde leg. ca. in pñti, de ꝓb.
4 Tertio ꝯsidero, ꝙ suspicio, q̃ suboritur ex fuga, purgat̃ † p spontaneam cõparationẽ sequentem, l. 1. C. de requi. reis & ibi Sal. dicit, ꝙ si cã non liquidata recessit reus, si reuertatur. ꝯ. annũ, ut in casu isto, sufficit ꝙ purget se per iur̃m iurando ꝙ nõ est culpabilis de tali delicto. Si vero cã liquidata recessit, tunc dẽt se purgare per tales ꝓbationes, per quas diffinitiue absoluatur, & etiã ꝓbatur in d. c. cũ contumacia, de hæreti. in 6. vbi si inculpatus de hæresi aufugiat, & intra annũ spõte reuertatur ad iudicium, tollitur suspicio hæresis suborta contra eũ ex sola fuga, & dicit Bal. in l. 1. C. de ser. fu. ꝙ aufugiens ex carcerib. si sponte redeat, no tenet̃ pęna imposita fugienti de carcere, quia nõ dr̃ discessisse, q hẽt aĩum reuertẽdi, l. retro credit, ff. de captiu. & postlimi. reuer. & licet Bal. dicat si cito reuertatur, tñ in ꝓposito nr̃o dr̃ cito, & optime reuerti, qui reuertit̃ intra annum, d. l. 1 C. de requi. reis. apparet igitur ex ꝓmissis, ꝙ fuga nihil ꝓbat ꝯ Robertũ, uel quia nõ ꝯstat ꝙ ex cã homicidij pdicti imputati discesserit, vl̃ ubi ꝯstaret, dr̃ ꝙ vexationis timore sibi inferẽdę aufugisset, uel tandẽ oĩs suspicio ex noua & spõtanea ꝯparatione sublata extitit. Nun ẽt obstat depositio occisi, quia licet alias faciat qualem qualem ꝓsumptionẽ, tñ attenta qualitate tpis (quia de nocte dr̃ cõ-
5 missum dictũ homicidiũ) in casu isto nullã faciet † ꝓsumptionẽ, immo testis, q dicit se vidisse aliquem interfecisse alterũ de nocte, naturaliter reprobatur, tanq̃ fallarius, nisi addat rõnẽ, quia luna lucebat, vel luminaria accẽsa aderat, ſm Old. Bal. Alex. & Iasan l. si nõ specialit, C. de test. Ang. in trac. malefi. in gl. in ver. ꝯparẽt dicti inquisiti ad fi. obscuritas. n. noctis impedit offm̃ oculorũ. Præterea (ut supra dixi) assertio occisi nõ facit indicium sufficiẽs ad torturã. & atiam late concludit Alex. ꝯs. 14. inci. ponder. narratis, lib. 3. & C. de emend Codi. D. Iusti. l. prima. in versi. noctis obscuritate, ideo dixit magister.

Consule de facie, corporibusque diem.

6 Et ẽt ista † qualis qualis ꝓsumptio tollit ex dicto unius testis ꝓducti pro parte fisci, q dixit, ꝙ apparebat primo aspectu sibi, ꝙ Robertus eẽt ille, q ꝑcuteret dcm̃ occisum, sed cognouit postea ꝙ nõ erat ille. sicut. n. isti testes primo aspectu decipiebant̃ in cognitione d. Roberti, ita ẽt decipi potuit occisus, maxime, vt dixi, attẽta noctis caligine, q̃ cuiuslibet uisum q̃uis linceum, facile defraudat. Non ẽt obstat, ꝙ illo sero visus fuerit prope locũ homicidij, vel loci pede deambulare, quia ita demũ ex hoc oritur probabilis coniectura, si nullus alius tũc visus fuerit armatus in illo loco, ſm Ale. in d. ꝯs. 14. Itẽ verũ est, nisi in illo loco visus esset ex ꝯsuetudine per illũ trãsire, ſm Bar. in d. l. fi. at in casu isto ꝓsupponit, ꝙ Robertus erat solitus ire p illũ locũ, eũdo ad domũ suã. Itẽ ꝓsupponit̃ deesse illo tpe plures armatos, & repertos fuisse in illo loco, imò dr̃ ꝯstare de homicidijs, ergo &c. Nõ deniq; ob. transactio, quia est res inter alios acta, qui nihil ꝓbat ꝯtra ipsum Robertum, toto ti. C. res inter alios acta. & pactũ vnius alteri obesse nõ dẽt, l. si unus, §. añ oĩa. de pac. & alteri p alterũ nõ dẽt iniqua ꝯdõ afferri, reg. nõ dẽt, de reg. iu. alias eẽt in facultate cuiuslibet cognati trãsigere sup delicto, & trãsigendo aggrauare bonã famã sui cognati. qđ certe nõ est admittendũ, eo magis, quia cognati in casu isto trãsigerũt suo ꝓprio nõie, & non noie Roberti, & si transegissent ẽt noie ipsius Roberti,
7 ex quo ipse nõ † ratificauit trãsactionẽ, nõ sibi dẽt piudicare, c. cũ ad sedẽ, de rest. spol. cũ si. Præterea dispõ d. l. qm̃, q̃ uult transigentẽ uideri fateri delictũ, procedit in crib. in quib. nõ licet trãsigere, ut sup adulterio, & falsitate: secus sup homicidio quia sup tali crĩe licet trãsigere, l. transigere. C. de transac. ita Ale. Gãd. in trac. malefi. ti. de pac. & transac. in malefi. col. 8. versi. itẽ quæro. Ad ſm, posito ꝙ pdictę coniecturæ & indicia sufficerẽt ad tor-
8 turã, tñ illud ꝓcederet, † si alter ñ eẽnt elise, & sublatæ p ꝯrias ꝓbatio

bationes;verum probationes pro parte Roberti sunt tales, per
quas apparet ipsum Robertum dissinitiuè ab imputatione di-
cti homicidij absoluendum, ergo elident, & eneruabunt pmis-
9 sas præsumptiones, quia vna præsumptio, † & vna probo vr-
gentior tollit aliam, l.Diuus, ff.de in integ resti.l.non solũ. §. itẽ
q cũ vno.ff.de ri.nup.c.lĩs,de psump. In proposito vltra s. ad-
ducta adsunt fortiores,pbõnes,& psumptiones,p parte Rober-
ti. Prima præsumptio,qa est vir nobilis, bonę vocis, condõnis,
& famę,nunq̃ repertus in simili delicto, vt dñt plures testes, er-
go in dubio pro eo pręsumit,l.nõ omnes,§.a barbaris,ff.de re
milita.bona.n.fama,& pacifica vita inqstn,minuit indicia,& p-
sumptiones,si quæ possint dici mihiare ɔ ipm.l.a.§.sed si ex im
prouiso,ff.eo.ti.& ibi Bar.& Gand.in trac.malefi.in tit.de psum
ptio.& indici.ad fi.Bal.in l.1.C.loca.in l.fi.C.de prob.Ale.in d.cõ
sil.14.& Cępo cons.2.& alibi sępe. Scda psumptio, quia obuia-
uit delicto acclamando, nam acclamatio tollit oẽm psumptio.
delicti,quia si uoluisset ipse occidere, non clamasset in auxilio
ipsius occisi,l.1.§.potuisse,ff.ad Sylla.l.itaq;, §.1.ff. ad leg. Aql.
Cępo.consi.x.col.3.ergo &c.Tertia pręsumptio,quia vt in fcõ
pręsupponitur,duo sunt testes concorditer deponentes, Ro-
bertum non percussisse defunctum, nec opem præstitisse, sed a
casu,dũ homicidium committeretur,illac ptrãsisse;q duo ple-
10 ne probant,† & destruũt quaslibet psumptiones ɔtias. nec ob
stat si dicatur,q deponũt sup negatiua,q̃ iuri nã est impossibilis,
l.actor.C.de pba.c.cũ ecclesia Sutrina,de cau.pos.& pprie quia
verum,si deponerẽt sup negatiua nullo loco, vel tpis terio co-
arctata;secus si deponatur sup negatiua coarctata loco, & tem-
pore,l.hoc iure,& in l.in illa,vbi Bar.ff.de ver.ob.l.optimã.C.d
ɔ.& cõ.stip.c.tertio loco,de pba.sed hic deponunt super nega-
tiua coarctata loco,& tpe homicidij,ergo &c.Circa tertiam du
bitationem,an mulcta possit reuocari;puto distinguendum,aut
Robertus fuit verus contumax, qa personaliter fuit citatus, &
isto casu cum fuerit iuridicè mulctatus,nõ video quare debeat
11 reuocari;pt.n.iudex vero † contumaci mulctã de iure indicere,
l.1.C.de mo.mulct.l.1.& per totũ,ff.si quis ius dicẽ. nõ obtẽp.
Aut Robertus fuit verus cõtumax, quia non fuit psonalr cita-
tus,& isto casu puto,mulctã posse in totũ reuocari, q pbar sicq
mulcta nõ pt imponi pro ficta ɔtumacia,l.1.§. si pcuratot. ff. si
quis ius dicẽ.nõ obtẽp.in tñ,q licet ɔ latitãtẽ possit peruenire
ad fm decretũ, l.Fulcinius,§.qd ergo si duas,ff.ex qui. cau.in
pos.ea.tñ ɔ lantantẽ nõ pt procedi ad mulctã,fm Bar.in l.1.§. fi.
& ibi exclamat Iaſ.col.pe.cũ ergo ɔ ius fuerit imposita, cõclu-
dendum est oĩa fore reuocanda.Sed dubitatur a quo iudice ve-
12 niat reuocanda.Bñ rñdeo,pmittendo, q licet mulcta nõ debeat
imponi pro ficta contumacia,tñ imposita tenet pp auctoritatẽ
iudicis,iõ ab ea appellandũ,l.& in mulctis.C.de appe. habita igi
tur notitia dictę mulctæ,petendũ est eã reuocari per iudicem,a
quo;& quatenus non reuocatur ĩ.tpa limitata,appellandũ est
ab ea,alias transiret in rẽ iudicatã.Hoc sic pmisso, dico eã reuo
cari posse ẽt per iudicẽ,a quo quia mulcta est sñia interlocuto
ria,sicut bannũ,nã bannũ,& mulcta equiparãtur,fm gl.in l.1.§.
ex rescripto,ff.de ven.inspici.Bar.in l.illicitas,§.fi.ff.de offi.pręf.
sed bannũ dr sñia,fm Bald.in l.1.C.quomo. & quand.iu. auc. itẽ
nulla,in vltimo no.C.de Epi.& cle.cum aliis auctoritatibus cu-
mulatis per Fel.in rub.de re iu.col.pe. quę interlocutoria pt re-
uocari per iudicem,a quo,c.cum cessante,de appe. l.q iussit, ff.
de re iud.& q mulcta sit interlocutoria,quæ pt reuocari per io
dicem,qui eã induxit,probatur;quia oĩs sñia,quę nõ diffinit ne
gotium principale,vel aliquam partem ipsius negotii principa-
lis substãtialem,dicitur interlocutoria omnino habẽs vim diffi
nitiuæ;& talis pt reuocari, licet pręiudicium ipsius non sit repa-
rabile per aliam sñiam diffinitiuam,fm glan l.intra vtile, ff. de
minori.declarat Ale.in rub.ff.de re iu.& Are.in ɔsi.a.in quæst.
& cã,in primo dubio,vbi dicit,q illa interlocutoria dr hre vim
diffinitiuę,quę parat plenũ præiudicium super negotio princi-
pali,vel aliquo substantiali fundamento ipsius,secus si sup alio
accidenti,uel extrinseco,licet pīudiciũ illud non sit reparabile;
sed mulcta est hmõi,qa concernit ɔtumaciã,quæ est qualitas ex
trinseca a crimine homicidij,de quo agitur, nec cũ eo cõcurrit
loco,neq tpe,ergo est qd extrinsecũ a negotio principali,secũ-
dum Bal.in d.l.& in mulctis,C.de app.Pręterea,oĩs sñia lata ad
puniendã ɔtumaciã,pt per iud.cẽ,a quo reuocari, nam sentẽtia
excõicationis,quę solũ per contumaciã infert,c.absit.c.certum,
11.q.3.Abb.in c.ex tenore,& in rub.de sen.excõ.gl.in c.Episco-
pi.11.q.3.põt reuocari per iudicẽ a quo.cap.sacro,ubi Abb. in 3.
no.de sen.excom.& in c.ex parte,el 1.de uerb.sig. ergo & mul-
cta,quia excõicatio,& mulcta ęquiparantur,d.c. sacro, Pan. in
c.1.de iud.sic etiam primum decretũ in pœnam, & odiũ contu-
cis interpositum,pt reuocari per iudicem a quo,fm Bar.& *cõiter*
Doc.in d.l.quod iussit,& Bar.in l.non uidetur,1. ff. de iudi. sic
etiam bonorum annotatio in pœnam delinquentis contuma-
cis reuocatur,d.l.2.C.de requi.reis. & similiter omnis interlocu
toria,quę iudicis officio nobili expeditur, potest per iudicem a
quo reuocari,licet habeat uim diffinitiuę, l. quamuis .ff. de re

bus eorũ Bar.& alii in d.l.quod iussit. Confirmatur,quia iudex
ex causa potest mulctam iuridice in positam remittere,l.eos,in
fi.C.de app.l.illicitas,§.fi.ff.de offi. pręsid. cur ergo non poterit
mulctam iniuste indictam etiam reuocare?Circa quartam dubi
tationem,an dẽat puniri pęna capitis, propter murorũ violatio
nẽ,nõ mulctũ instabo,quia in fcõ pręsupponitur nõ fuisse pro
batum ipsum Robertũ egressum fuisse subtus muros,tñ si pro-
baretur dico ipm nõ posse puniri pœna capitis, quia dispositio
13 d.l.fi.ff.† de rerum diuis.solum hẽt locũ in eo,qui violat muros
ciuitatis Romæ,fm Bar.Mart Saly.& Alb.d Ros.in d.l.fi.Azo.
in summa eiusdem ti.Ang.& Iaſ.in §.sanctę,Insti.de rerum diui.
Bal.in l.sacra,§.muros,ff.eo.tit.rõ,quia cũ illa lex sit pęnalis,nõ
debet extendi extra casum suum,reg.factum,§.in pęnalib.de re-
gu.iur.l.interpretatione,ff.de pęnis, & quia Ciuitas Romę est
priuilegiata in multis,quæ priuilegia non habent locum in aliis
ciuitatib.& oppidis,l.1.& ibi gl.ff.ad leg Iul.maie.& l.4 §.fin.ff.
ad le.Iul.pec Sed an latrẽ Robertus, si pbetur egressum fuisse
subtus aquęductum,dẽat puniri pęna arbitraria?Doc.oẽs in d.
l.fi tenent violantem muros alieni castri,vel alterius ciuitatis,q̃
Romę,puniendum esse arbitrio iudicis. Vnde videndum est,an
transiẽs subtus muros per foramẽ ibidẽ fcm ex cã aquęductus,
dicar violare muros;& prima facie visũ fuit,q sic;qa rõ assigna-
ta in d.l.fi.ea ẽ,qa nõ liceat alr,q̃ p portas egredi ciuitatẽ,vbicũ
que ergo qs egreditur p foramẽ existẽs in muris,vr violare mu
ros,cũ nõ liceat p talẽ foramẽ extre.In ɔriũ facit,qa pęna impo
14 sita trãscendẽti muros,nõ hẽt locũ in eõ, q egredir p foueã fa-
ctã loco murorũ,l.desertorẽ,§.in bello, ff. de re mil. In pposito
foramẽ, seu fouea aquęductus repleta aquę, loco murorũ esse
dr,ergo pęna imposita violanti muros,nõ hẽbit locũ in violan-
te foueã aquęductus.Cõprobatur,quia pęna imposita frangẽti
carceres nõ hẽt locũ in eo,qui aufugit repto ostio carceris apto
fm Ang.in l.verũ,a.in prin.de fur.ff.de effrac.Iaſ.in d.l admonẽ
di,ff.de iureiu.Nõ tñ negauerim, eum aliqua pęna mulctandũ
15 † arbitrio iudicis imponenda,quia non egressus per portas, non
tamen tantam debet iudex pœnam arbitrarij contra violantem
foueam aquęductus,quantam arbitrari posset contra violantẽ
muros,arg.d.§.in bello. Laus Deo.

R E S P O N. II.

QVoniam sentẽtia qõnis pferri nõ dẽr,nisi legitima pposita,ac pbata fue-
rint indicia.Iõ cũ in hac qõne indicia ex plurib.
legitima nõ sint, tũ quia Brunus solus mãdatarius
ptẽsus,& criminis socius,nullũ penitus indiciũ fa
cit ɔ eũ,qui mãdasse dr,tũ quia de mãdato ɔuin-
cit ex depositione ancillę,nec ex hoc,q Brunus interrogari po-
tuit,arguere licet,qa eius ɔfessio facit indiciũ ad torturã, nec ei
fides est adhibẽda,nec vitia cuiusuis pbatissimi hoĩs in manu v-
nius sceleratissimi viri posita videar,tũ qa idem Brunus,& infa-
mis,ac repbę fidei ẽ,aliosq.ẽt psonę defectus patitur,nec argu-
mẽta,nec ɔiecturę ex aduerso pposita iuuãt,nẽpe qa aliis vali-
diorib.ɔiecturis,& argumẽtis destruũtur,& quẽadmodũ clauus
clauũ trudit,ita pręsumptio pręsumptionem tollit;malè,inque
ac perperam iudicatum,benè vero,ac legitime respondi.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatarius,siue socius criminis,non facit inditium ad torturam.*
2 *Homicidium fuisse p crassatores ppetratũ, quõ probetur, & quot requirã tur ad probandũ hmõi homicidiũ, & vide ibi, qui dicãtur crassatores.*
3 *An indiciũ ad tort. vllũ faciant,quæ delictũ principaliter nõ cõcernunt.*
4 *Crassatores nullũ faciunt indiciũ ad torturam contra eũ,a quo asserunt mã datum suscepisse, & ibi vide quando fidem faciant nu.5.*
6 *Indicium nullũ facit ad torturã vir nõ probatæ fidei,nec omni exceptio ne maior,& ibi vide de teste nili,paupere,vario,ac infami.*
7 *Coniectura ita coniecturã excludit,sicut clauus clauum trudit,& ibi vide nõnullas coniecturas,ex quibus inimicitia tollitur.*
8 *Coniectura homicidij non oritur,nisi ex inimicitia capitali,vel grauissima & ideo statur super hoc arbitrio iudicis.*
9 *Caupo ex natura officij tenetur occisores hospitari,& ois victum pręstare.*
10 *Præsũptio exclusiua delicti pualet ɔtrariæ,& ibi uid nõnul.d bona fama.*

Respon. interpreta.

AD hoc vt Trophinus possit torqueri pp man
datum,vel pp homicidiũ secutum ob
suũ mãdatũ,oportet,q indicia mandati pcedãt to
talr ad torturã,l.1.ff.de qõ.& l.de minore,§ fi.l.ma
ritus,ff.c.& l.fi.C.de falsis,cũ si.Nõ vñr aũt ɔ Trophinũ adesse in
dicia mãdati sufficientia ad torturã,qa ɔ eũ solũ deposuit dictus
Bruni pĩcsus mãdatarius,q nullũ,vel talẽ leue indiciũ facit plu
1 rib.rõnib.Primo,qa † mãdatarius vtpore socius criminis nõ facit
indiciũ ad torturã,l.fi.C.de accus.l.sicuti,& ibi notãt Cy.& Sal.
C.de qõ.maxime in cã homicidij, quod per odiũ committitur,
& nõ pp vtilitatẽ priuatã principalr,quo casu,ẽt fm theoricam
Bar.in l.repiti,§.1.ff.de qõ.socius ñ facit indiciũ ad torturã ɔ so
cium,& q confessio eius,q asserit se suscepisse mãdatũ occiden-
di hominẽ,nõ faciãt indiciũ ad torturã ɔ eũ,q dr mãdasse,firmat
Bal.consi.429.an mãdatarius,li.3.& Pet.de Anc.ɔs.24.vtia in qũ
tio.

tione.Decius consi.189 içtatus som.col.3.volu.1.Nec ob.si di-
catur,hic agi de assassinamento,siue de homicidio patrato p as-
sassinos,iuxta tex.in c.1.de homic.lib.6.in quo vr̃ spále,q̃ socius
possit interrogari de ꝯsociis,& mãdatore,ſm Bal.in l.nõ iõ mi-
nus,C.de accus.Ang.in trac.malefi.ver.& Sẽpronium Rodulphi,
&c.qa negatur,q̃ sumus in casu d.c.1.de homi.li.6.quia ad hoc
1 vt dicat † homicidiũ ꝯmissum per assassinos,oportet ꝯstare,q̃
mandator dederit interfectoribus aliquã pecuniã ꝓ homicidio
faciendo,ſm Bar.in l.solũ,§.si mãdato,ff.de inionis,& Bal.ꝯsi.
356.quanq̃ li.5.oã ij dñi assassini,q accepta pecunia locant ope-
ras ad necandos hoĩes,d.c.1.de hac ãt qualitate,q̃ Trophinus de
dent precium sanguinis interfectoribus nullatenus apparet,nisi
depositione huius Bruni,qui in hoc conuincitur de mendacio
ex depositione ancillæ,q̃ dedit pro conteste, quæ in hoc dicto
Bruni expresse contradicit,vnde constat horum testimonia reii
cienda esse,c.cũ tu,de testi.l.qui falsæ,ff.e.Præterea hæc qualitas
probanda fuit testimonio duorũ, quia ea quę delictum princi-
3 paliter nõ ꝯcernunt,sed solum qualificant,nõ faciunt indiciũ ad
torturam,nisi per duos testes probentur,secundum gl.& Bart.
in l.fi. C. fa. ercis.& Bar.in l.fi.ff.de quæstio.& in ꝓposito fir-
mat Bal.cons.384 Bectonus de Ceuo,ad fi.li.5.Et vbi essemus in
4 casu d.c.1.in quo socius pt̃ de sociis interrogari,nõ sequitur,er-
go eius confessio facit indicium ad torturã.Ita formaliter con-
cludunt Cyn.Oldra.& Ang.in l.si certus,ff.ad Silla.& Saly.in l.
4 fi.C.de accu.Pan.in c.veniens,de tes.& in ipẽ in † assassino,q̃ nõ
fiat indiciũ ad torturam contra eũ,a quo asserit suscepisse man
datum,consuluit Deci.in d.consil 189.colum.6.& licet Petr.de
Bellapert.in d.l.fi.& Panor.in d.capitu.1.de confessis, videantur
contrarium admittere.Mihi tamen opinio Cyn.Oldra.Ang.&
sequacium semper visa fuit verior,ne vita cuiuslibet hominis et
probatissimi, posita videatur in manu unius sceleratissimi vi-
ri,& quia iura tantummodo dicunt socium criminis,in quibus
dam casibus specialibus posse interrogari de sociis, non ãt dñt
socio dandam esse fidem,tanquam testi integro,& idoneo.Vñ
istud cum lex non dicat,intelligamus, quod possit de sociis in-
terrogari,& ei danda sit tanta fides,quanta de iure datur vni cri
minoso,quem constat non facere indicium ad torturam,c.a te
stimoniũ,de testi.& statim subiiciam.Et si dicatur, ad quid pro-
dest socios interrogare de sociis,nisi eorum confessio probet
respondetur,quod prodest,& probat sufficienter ad effectus in
quirendi,seu articulos formandi contra consocios,non ãt pro-
bat ad effectus torquendi,ſm Ang.& Dec.in locis præallegatis.
cęterum vbi iura admitterent,q̃ testimonium principis in cri-
mine faceret indicium ad torturam,quod constat esse falsum:
attamen sane istud intelligendum foret,si socius criminis alias
5 sit testis † fidei probatæ, quia probõ, quæ extorquetur a delin-
quente per torturam,est suppletoria ad probõnem consocii cri
minis,& nõ per se stans,ergo ad hoc vt possit deueniri ad tor-
turam,& sic ad probõnem suppletoriã,oportet,q̃ probõ,quæ
a tortura supplenda est,sit semiplena,ſm Bal.consi.259 ver.ver-
ba inquisitionis,li.1.& Ale.consi.14.ponderatis,colum.2.libr.3.
constat autem dictum socii criminosi non facere semiplenam
probationem, quia non est integer testis, & omni exceptione
maior,prout requiritur ad hoc,vt faciat semiplenam probatio
nem secundum Bart.in l.admonendi,ff.de iureiuran. & indiciũ
ad torturam,secundum Bart.in l.lege Cornelia, per illum text.
ff.de falsis.Vnde posito,q̃ iste Bruni,q dicitur socius criminis,es
set idoneus testis, nõ obstante exceptione societatis,quod dixi
6 falsissimum est,quia aliis rationibus constat eũ esse † virum pro
batæ fidei,& integrum oĩ exceptione maiorem,dico,quod non
facit aliquod indicium ad torturam.Nam ex productis constat
eum esse furem, & ambigeum, qui a testimonio repellendus
venit,c.super eo,el 1.de test.Spe.ti.de teste.in ver. itẽ quod non
est probatæ fidei.& in ver.item excipitur,q̃ est infamis.Cõstat
etiam eum esse vilem, & pauperem,qui etiam non dicitur inte
ger testis,& omni exceptione maior,ſm Specu.in titu.de teste,
§.opponitur,ver.item quod est artifex.Alber.de Ros.in tract.de
teste,sub rub.quando testes repellantur ratione defectus perso-
næ,& firmat Ale.consi.150.colum.3.lib.5.& And. Sicul. con-
sil.32.col.8.li.1.& consi.47.colum.9.& col.pe.eo.lib.Itẽ cõstat,
hunc Bruni fuisse,& esse vanum,& contrarium,vt ex primo,et
secundo,ac repetitis examinibus eius apparet,ergo non probat
d.l.qui falsa,& d.capit.cum tu,de test.ex quibus resultat clara cõ
clusio,quod dictum huius sceleratissimi hominis non facit in-
dicium contra Trophinum. Nec obstat si dicatur, q̃ dictum
huius Bruni coadiuuantur pluribus argumentis,& coniecturis,
videlicet inimicitia,quę erat inter occisum,& ipsum Trophinũ,
& ex eo,q̃ occisores visi sunt eo die comedere,& epulari in do
priuilegij potuit edere istud statutum,quia illa copula,& alias,
prout in eorum libertatibus continetur , nõ stat restrictiue,nec
copulatiuè,sed ampliatiuè,quod sic probatur,vbi mens dispo-
nentis refragatur copula mutat suam naturam,& resoluitur in
alternatiuam,vel disiunctiuam prout intētioni melius adapta-
tur,fm Alex.consi.130.attentis verbis,in fi.lib.2.sicut eꝯ disiun
cta ponitur pro coniuncta,l.si is, qui ducenta,§.item si paterfa.
ff.de re.dub.facit tex.in l.si Titio,ff.de vsufru.leg.& glo.vulga
ta in l.eas causas,ff.de cond.& dem.Deducēdo ad propositum,
Princeps voluit, q̃ cõitas Montismarij possit tam pro fortifi-
catione villæ,q̃ pro alijs quibuscunq;negotijs imponere quas-
libet exactiones:modo si dicamus,quod illa verba,& alias pro
ut in eorum libertatib stent restrictiue , ita q̃ non possit impo-
nere nisi exactionem vnius oboli,frustrabitur intentio conce-
dētis.Fortificabitur,quia illa verba starent copulatiuè, & restri
ctiuè,fm priuilegium nihil operaretur , cum iam per primum
cõitas posset imponere exactionem vnius oboli pro sextario.
hoc autem non est dicendum,c porro,de priui.l.si qñ.ff.de leg.
1.ergo.&c.Corroboratur,quia in secundo priuilegio dr̃,q̃ con
siliarij valeant vintena facere,taleas imponere,& alias exactio
nes pro fortificatione villæ, & alias pro negocijs cõem vtilita-
tem tangentibus,& alias prout in eorum libertate continetur.
Pōdera verbum,& alias,quod est implicatiuum,c.cum in mul-
sis,de rescrip.in 6.c.sedes,eo.tit.in antiquis,& l.si fugitiui , cum
glo.C.de seruis fug. Ergo consiliarij non exactionē vnius obo
li,prout cõtinet in primo priuilegio,sed alias, si tibi videbitur,
imponere poterunt. Comprobatur,quia copula iuncta cũ illo
relatiuo,alias dispositionem auget,l.ea tñ adiectio ,ff.de leg.3.
Sensus ergo est , q̃ consiliarij possunt nedum olim concessas,
sed ēt alias exactiones indicere,quod ēt cã concessionis,videli-
cet pro communi vtilitate dictæ villæ, satis ostendit. Nam rõ
communis vtilitatis est generalis, quæ debet ampliare dispo si-
tionem,quatenus ratio ipsa se extendit, l.pater filium,§ fundũ,
ff.de leg.3.& ibi Bart.& l.cum pater,§ dulcissimus, ff. de leg.2.
cum solitis concor.

RESPONSVM V.

TOlonensium priuilegia confirmat Princeps
his verbis,Immunitates, i quarum sunt possessione,confirmamus , ita q̃ sint liberi,
prout sunt , vel toto ac fuerunt.Cælestinis postea idem
Princeps donauit datium Tarasconis priuilegijs ꝯrijs qbuscun
que non obstan.quæ quatenus huic donationi aduersarentur,ir-
rita esse voluit. Respondi confirmationem nullum immunita
tis ius tribuere Tolensibus,cũ non constiterit,eos in quasi pos-
sessione libertatis fuisse eo tempore, quo confirmationem im
petrarunt.Nec credendũ est illis assertiuis verbis,prout sunt,re
troq;fuerunt,cũ Tolonensium suggestione princeps ita esse af
firmauerit. Cęterum cum motu proprio,certaque scientia pri-
uilegijs quibuscunq;derogatum fuerit, immunitatem ēt Tolo
nensiũ sublatã puto,quod Lu.Ro.visum fuit,& Dec.probat.

SVMMARIVM.

1 *Inferior a Principe,potest suis subditis immunitatem concedere.*
2 *Priuilegia concessa ab eo,qui potest de nouo concedere, probant illa omnia,quę in eisdem clare referuntur.*
3 *Asserens se immunem a gabellis,& vectigalibus, illud probare debet.*
4 *Tenor dat legem priuilegio.*
5 *Prout,dictio,relata ad possessionem, de qua non apparet,stat conditionaliter,& nisi constet de relato, priuilegium & confirmatio nihil disponunt.nu.6.*
7 *Verba assertiua Principis,non probant.& nu. 9.*
8 *Princeps pluribus negotijs impeditus,præsumitur immemor etiam propriorum negotiorum.*
10 *Clausula ex certa scientia,non purgat vitiũ obreptionis,& subreptionis.*
11 *Illatio ex quasi possessione de præsenti,non sequitur ad quasi possessionem de præterito,secus econtra.*
12 *Princeps potest reuocare donationes & immunitates suis subditis concessas,sicut & priuilegia,ac etiam feudi concessionem.nu.13.& 14.*
15 *Reuocatio generalis omnium priuilegiorum, non derogat priuilegijs habentibus clausulam derogatoriam, nisi de eis fiat specialis mentio.*

Respon.interpret.

IN causa Immunitatis, q̃ ptendunt Tolonenses a da-
tijs & gabellis loci Torasconis donationis p
Regē Renatum,& Reginam Ioannam Priori,& conuen-
tui Cælestinorũ ciuitatis Auenionensis, visum fuit primo
aspectu Tolonenses fore immunes, & in eorũ fauore pronun
ciandũ esse tam in petitorio,q̃ in possessorio quia cõstat de pri-
uilegio immunitatis eisdem concesso per præfatum Regē,quē
1 cõstat habuisse facultatem concedendi. Nã ēt inferior † a Prin
cipe potest suis subditis immunitatē concedere,ut concludit ex
p̃sse Pan.in 2.col. ahp.de immu. eccl. Princeps vero non reco-
gnoscens supiorē põt qbuscunq; priuilegiũ immunitatis dona
re,l.1.p,§.fi.de iu.imm.l.1.C.de vac.publ.mu. l.placet,C.de excu.
mu.lib.x.traditur p Bar.in l.2.C.de decr.decur.eo.lib. & p Ale.
consi.30.ponderatis,lib.v. Nec ob.inquantum dr̃,q̃ tale priuile
gium non debet opitulari Tolonēsib. qa est confirmatoriũ an
tiquorũ priuilegiorũ & antiquarũ ꝯsuetudinũ, de quib.nõ con
stat.qa videtur,q̃ priuilegia ꝯfirmatoria concessa ab eo,q p̃t de
2 nouo ꝯcedere,pbant † illa oĩa, q̃ in eisdem clare referuntur,ca.
Abbate sane,& ibi no.Ant.de But.in 8.notabili,de uerb.sig.fir
mant Inno.in c.inter dilectos,de fide instr. Bart.& Moder.in l.
admonendi.col.2 ff.de iureiu.in gl.in c. vt ueterum, 9.dist.& in
c.si Romanorum,19.dist.Car.consi.118.monasterium sancti Iu-
liani,

Iani. Are.consi.116 diligenter visis,in 3.dub. Pau. de Cast. con-
si.xvii.in causa decimali,in secunda parte. De.in consi.13.in cau
sa possessionis,& ad hoc authoritates abundant. Præterea,vt cõ-
stat de relata consuetudine,& quasi possessione libertatis,ergo
cessabit obiectio auct.si quis in aliquo.C.de eden.Quod cõstet,
ostenditur;nam pro parte Tolenensium probatum fuit ꝑ plu-
res testes,ꝙ ipsi excepta turba p̃senti sp fuerũt in quasi possessio
ne soluendi:vnde ex quasi possessione tam longissima,& tãto
tpe ꝯtinuata,vr̃ resultare ꝓbõ, ꝙ ẽt tpe ꝯfirmationis priuilegio
rum antiquorũ eẽnt in eadẽ possessione, cũ pñsti dẽs de p̃senti
retro credat possedisse,nisi p negãtes ꝯtrũ ꝓbet, sicut eẽ ex pos
sessione de p̃terito infert ꝓbõ possessionis de p̃senti,l. vti possi-
detis,& ibi no.Bar.C.vti pos.tradit per Pan.& alios,in c.cum ad
sedem,de rest.spol.Sed p̃missis non obstantibus,amplector ꝯtrã
ptem.Et pro fundamẽto præmitto,ꝙ duo datia donata Cœle-
stinis fuerũt indicta,& constituta p superiores retro Principes,
& Comites prouinciæ, qui auctoritatem imponendi habeant
l.2.& seq.C.no.vecti.Insti.non posse. & de hoc non dubitatur.
3 Item præmitto,ꝙ dicentes se immunes a gabellis,& vectigali-
bus impositis ab habentibus potestatem, tenentur ꝓbare † im-
munitatem,alias non esset,qui pro datiis obolum solueret,si cre
deretur alleganti immunitatem.l.1.ff.de vaca.mu. & generali-
ter ei,qui dicit,onus probandi incumbit,l.cum qui,ff.de prob.l.
actor.C.eo.Si modo demonstrauero Tolonenses non sufficiẽ-
ter probasse eorum intentionem,videlicet se esse immunes,illa-
bit nostra propositio,quæ est Tolonenses teneri ad solutionẽ
datiorum & gebellarum,sicut cæteri tenentur. Duo dederunt
Tolonens.priuilegium.& quasi possessionẽ non soluendi, sed
neutrum iustificatur.Priuilegium ad supplicationem Tolonen
sium concessum ita cantat.Confirmamus frãchesias,libertates,
immunitates,omniaque priuilegia eis indulta per nostros præ-
decessores,in quib.fuerunt,& sunt in possess.seu quasi,ita ꝙ ipsi
sint,esseque debeãt,& prout sunt,iamque retro fuerunt,sicuti
volumus frãchi,liberi,&c.Ponderandus est diligẽter tenor hu-
ius priuilegij,c.porro,c.accipimus,de priuil.quia tenor dat legẽ
4 † priuilegio,s̃m Bar.in c.1.§.denique,quæ fue.prima causa be-
nefi.amit.& in c.1.col.7.in agn.vel fil.Et quærentib. inspicien-
dus est sermo stipulationis,l.si quis stipulatus sit Stichũ,aut Pã-
philũ,ff.de ver.ob.Ex tenore ego colligo,ꝙ istud nõ est nouũ
priuilegium,sed confirmatorium antiquorum, vt ostendit ver-
bum,confirmamus,c.cũ dilecta,de ꝯfir.vti.vel inuti. Item colli-
go,ꝙ voluit Rex confirmare ea sola priuilegia,& eas solas im-
munitates,in quibus supplicantes fuerant,& tunc erant in qua-
si possess.vt cõstat ex illis verbis,& prout sunt,iãque retro fue-
runt,c.quia diuersitatem,ibi,sicut iuste & pacifice possidentur,
& ibi gl.& Pan.no.de conces.præb. Nisi ergo Tolonẽses fuis-
sent tunc in quasi possessione exemptionis a datiis & gabellis
locis Tarasconis. priuilegiũ nullum Tolonensibus ius tribuet,
5 neque ꝯfirmatur.Dictio.n.prout relata ad possessionẽ, † de qua
non apparet,stat conditionaliter, & nisi constet de relato, pri-
6 uilegium,& confirmatio nihil disponũt,† l.si sic,ff.de lega.1.l.
ꝙ si in uenditio.ff.de hær.uel act.uend.Et ita declarat Fel.in c.1.
2.col.3.ad fin.de rescr.quod maxime verũ est in confirmationi
bus,quæ fiunt sine causæ cognitione,s̃m Barto.in extrauag.,ad
reprimendũ,in uer.prout,& bñ facit quod consuluit Old.ꝯsi.
clxiij.vijo priuilegio.Et ꝙ mens Regis fuerit cõfirmare ea pri
uilegia,quib.Tolonen.tunc fruebantur,patet ex illis uerbis,de
quibus fuerunt,& sunt,&c.Illud.n.relatiuum, de quibus,positũ
post vniuersalem dispositionem,restringit gratiam ad ea tantũ
priuilegia,quibus supplicantes tunc gaudebant,l.cunctos popu
los,& ibi no.Bar.& Moder.C.de summa Trinit.& fide catho.
Et,rẽ relatiuum sine copula restringit suum antecedens.l.ea ta
men adiectio,ff.de le.3. Corroboratur,quia incertum est an To
lonen.tempore dictæ confirmationis essent in quasi possessio-
ne soluendi prædicta datia,ergo illa uerba,prout sũt,iamq.
retro fuerũt relata ad incertum,stabunt limitatẽ,& restrictiuẽ,
ut docet Bar.in l.edita,colum.pen.C.de eden. Et nisi limitatio
relata ad aliud iustificetur per demonstrationẽ relati, tunc di-
spositio,utpore incerta,nullius erit effectus,d.auc.si quis in ali
quo,ubi Ale.ad fi.& idẽ Alex.consil.3.in causa & lite.libro 2.
Non igitur põt Tolonen.l.fundare super prædicta confirmatio
ne relata ad antiqua priuilegia,& quasi possessionis libertatẽ, de
quibus non constat,& huic rationi non obstat,si dicatur,ꝙ illa
uerba,& prout sunt,retroque fuerunt,probant,quod tpe impe-
trationis,& confirmationis erant in quasi possessione immuni
tatis a datiis, & gabellis quorumcunque locorum,quia respõ
7 detur tripliciter. Primo,ꝙ uerba assertiua † Principis non pro-
bant,c.si Papa.de priuil.lib.6 traditur per Calde consi.2.eo.tit.
Old.consi.258 Inn.Episcopus maxime quando sunt narratiua
facti alieni,de quo Princeps non præsumitur habere scientiã,c.
ab ea cõicato,de rescr.l.fin.ff.pro socio.nam Princeps tot negotiis
implicitus est, & etiam negotiorum propriorum oblitus,
8 † & immemor esse præsumatur,ca.cæterum,de rescr.capitu.ex
p.c.,de offi.dele. Secundo respondetur,qd inducta ad restrin-
gendum,non debet operari ꝯtrarium effectũ,i.ampliationem
ff.de adimen.leg.l.legata inutiliter.Si autem illa verba,prout sunt
retroq; fuerunt,ꝓbarent,ꝙ Tolonen.tunc essent in quasi posses
sione immunitatis a datiis & gabellis quorũcunq; locorũ, Rex
nõ restringeret,sed ampliaret suã grãm, non solum ad immu-
nitatem a suis progenitoribus concessam,sed ẽt ad vsurpatã, in
cuius quasi possessione essent,qd dicendum non est.Tum quia
absurdũ d.l.nam & absurdũ,ff.de bon.liber.tum quia ad iniqui-
tatem non est trahenda grã,l.si qñ,C.de inoffi.test.cum vulga-
ribus Tertio,si pertinaciter instetur talia verba probare,qa Prin-
ceps ex certa scientia asserit se confirmare antiqua priuilegia,&
antiquam quasi possessionẽ.Respondebo, nec dabitur replica-
tio,ꝙ ad suggestionẽ Tolonẽsium Rex asseruit eos esse in qua
9 si possessione,quo casu verba assertiua Regis nihil probãt,† ni
si constet vera esse suggesta,c.inter dilectos,ad fi. de fide instru.
vbi dr̃,ꝙ si Papa ad petitionem partis confirmet priuilegia tan-
quã prius habita & possessa (vt in casu nostro) talis confirma-
tio nihil operatur,nisi appareat,& fides fiat de priuilegiis prius
habitis,& possessis,& idem Oldra.in d.cõsi.258.& generaliter
impetrans,si vult vti & gaudere impetratione tenetur probare
supplicata per ipsum vera esse,c.quia circa,& ibi Panor.not.de
consanguini.& affini.c.constitutus,de rescrip. Tenentur ergo
Tolonen.probare,ꝙ essent tẽpore impetrationis in quasi pos
sessione non soluen.datia Tarasconis,vti asseruerunt,prout in
terminis quæstionis nostræ consuluit Soci.consi.164.visa bul-
la,col.2.ver.a loco.lib.2.Nec quicquã facit,ꝙ Rex confirmaue
10 rit ex certa scientia,quia clausula, ex certa scientia † non purgat
vitium operationis,s̃m Pan.in c.2.de confirma.vtili,vel inutili,
cum concor.aucto.adductis per Dec.in c.1.col.3.ver.prima est,
eo.tit.nec certa scientia releuat impetrantem a probatione eo-
rum,de quibus nullo modo apparet,secundum Aret.in d.con-
si.76.col.3.Non obstant depositiones testiũ, quia non probãt,
ꝙ Tolonenses essent in quasi possessione tempore confirma-
tionis priuilegiorum,quod est necesse,ut patet ex præmissis. Et
licet deponant de quasi possessione immunitatis a datio Regio
Tarasconis post confirmationem,non tamen ex quasi posses
11 sione de præsenti † recte infertur ad quasi possessionem de præ
terito,secundum Bal.in l.si fi.,ad fi.C.de adulte.& consi.12.qui-
dam do.Matthæus,in fi.lib.1.vbi concludit,ꝙ licet ex possessio-
ne de præterito inferatur præsumptio continuationis vsque in
præsens,d.l.vti possidetis,cum ibi nota. tamen econtra, scilicet
ex possessione de præsenti,non infertur possessio de p̃terito,qa
ex contingenti,quod se habet ad diuersa, non recte infertur,c.
in præsentia.de proba.Præterea vbi constaret Tolonen.tempo-
re confirmationis fuisse in quasi possessione libertatis & priui-
legiorum,non tamen possent se iuuare dictis priuilegiis,quia p
gratiam factam Cælestinis omnia priuilegia,& omnes immu-
nitates a datiis Tarasconis prius concessa fuerunt reuocata, ut
paret ex tenore gratiæ & donationis factæ ipsis Cælestinis ibi.
Nam volumus priuilegium ipsum,& omnia ac singula in eo
contenta perpetuo valere,priuilegiis,literis, rescriptis, ritibus,
visibus, consuetudinibus,& aliis iuribus contrariis quomodo-
libet nõ obstantibus,quæ nec obstare similiter volumus. Item
ibi,donationes qualitercunque hactenus per nos factas quouis
prætextu, respectu,occasione, vel inquantum possunt,seu pos-
sent huic nostræ donationi in aliquo derogare, obstare, vel af-
ferre præiudicium quouismodo, de medio tollimus viribusq;
& efficacia penitus & totaliter vacuamus, quæ claram & expres
sam voluntatem Regis reuocantis omnia priuilegia omnesque
donationes, quæ possent derogare donationi Cælestinorum in
12 aliquo. Constat autem Principem posse reuocare † priuilegia
& donationes subditis suis factas,cap.veniens,de præscrip.cap.
in nostra,secundum vnum intellectum,& ibi Panor.col.fin.de
iniuriis,firmat gl.in c.decet,de reg.iur.lib.6.& late traditur per
Pan.& Mod.in cap.nouit,de iud. & sicut potest reuocare priui
13 legia pro libito,ita & donationes † secũdum Ange.in l. Antio-
chen.ff.de priuil.cred.& in l.Lucius,ff.de euic.vbi vult Princip ẽ
posse auferre acquisita ea præscriptione, quia acquisita dicũtur
beneficio suæ legis,& ideo potest ea ad libitum auferre, sicut
donationem suã potest pro libito reuocare,& non solum pri-
14 uilegia,sed etiam potest concessionem feudi † reuocare, si sit
gratuita,s̃m Bal.in l.qui se patris,C.vnde liberi.ar.tex.in l.q fun-
dos,ff.de omni agro deser.lib.11.Rex autem Renatus(vt audiui)
habebat iura Principis,nec superiorem recognoscebat,ergo &
ipse suas potuit donationes suaque priuilegia reuocare,& sic
constat de potestate,constat etiam de voluntate ex illa clausu-
la,priuilegiis non obstantib.& ex illa cl̃a,donationes qualiter-
cunque,&c.quæ clausulæ sufficiunt ad ostendendam volunta-
tem reuocantis,c.quia sæpe,de elec.lib.6.c.cum aliquibus,de re
scrip.eo.lib.Nec obst.si dicatur,ꝙ requirebatur specialis dero-
gatio,iuxta tex.cum glo.in l.3.C.de silen.lib.12.quia responde-
tur,ꝙ imo sufficit generalis reuocatio,seu derogatio non obstã
tibus aliquibus priuilegiis,s̃m Pau.de Castr.in ꝓprijs termi-
nis,in l.si mihi & tibi,§.in legatis,ff.de le.1.vbi respondet,ꝙ nõ

sufficeret generalis dispositio, ꝙ quilibet, nemine excepto, sol-
uat datia, quia sic cōprehenduntur exempti, & ita procedit text.
cū gl. in d. l. 3. Sed bene sufficit gñalis clausula derogatoria, non
obstante quacunque immunitate, seu priuilegio, & ita ēt tenet
Iasan l. 1. col. ñ. ff. de consti. Prin. & Alc. consi. 101. visis instris,
5 col. pe. l. 1. vel aliter, & secundo rñdet, ꝙ gñalis † reuocatio om
nium priuilegiorum non derogat priuilegiis habentib. clausu
lam derogatoriam derogatoriorū, nisi de eis fiat specialis men-
tio, fm Cy. in l. vnica. C. quan. l. imper. inter pu. & ita procedit text.
cū glo. in d. l. 3. Sed hic non est casus nř, quia in gřa facta Tholo-
neñ. nō reperitur inserta clausula derogatoria derogatoriorū,
vel ēt posito, ꝙ esset in ea gratia inserta cla derogatoria. adhuc
in casu nostro sufficit gñalis derogatio, quia gřa cōcessa Cele-
stinis fuit facta motu proprio Regis & Reginę (ut apparet ex
lectura gratiæ) quo casu per generalē reuocationem tolluntur
oīa priuilegia. ēt de qb. mentio specialis alias habēda erat, ut in
terminis nostris decidit Lud. Ro. consi. 127. Hæ sunt rationes.
vbi concordant ōnes Doctorum opiniones fœdere distinctio-
nis, vt in secundo priuilegio concesso ad postulationem par-
tis non sufficiat clausula generalis, non obstantibus priuilegiis
alicui ɔcessis, sed bene sufficiat in secundo priuilegio concesso
motu ꝓprio, quam concordiam tradit idem Ro. in l. sed si qs,
§. quæsitū, in fi. ff. si quis cau. Refert & sequitur Decius consil.
565. viso tenore, col. pe. Ex quib. puto intrepide iudicandū To-
lonenses non esse immunes virtute allegati priuilegij.

RESPONSVM II.

FEdericus Imperator, Barba rubea nun
cupatus, vrbem Valentiæ cū
pedagiis, regalibusque vniuersis donauit eccle
siæ Valentiæ: ciues deinde a tiragiis voluit esse
immunes. Responderunt nonnulli, Principem
non potuisse ius perfectę donationis, vel tātil-
lo minuere. At ego contra, cum Imperator supremæ potesta-
tis iura a se non oīno abdicauerit, quod Pan. aperte probauit.
Quæsitum quoque fuit, his temporibus, quibus nulli licet sa-
lem vehere, nisi qui vehendi ius a Rege conduxerit, num Va-
lentinus licitator tali debeat immunitate potiri? Respondi eam
fuisse concedentis intentionem, ut ciues Valentini immunes
essent, qui iure suo non etiam alieno salem traherent, & eo tē
pore, quo cunctis vehere licebat, non hodierno, quo solis Re-
gis conductoribus permittitur. Nec enim obseruandum est pri
uilegium aliquando æquum, si postea efficiatur iniquum.

SVMMARIVM.

1 *Appellantes qui semel præsentarunt, seu introduxerunt appellationem co*
ram iudice immediato, amplius variare non possunt, neque alium iudi-
cem mediatum adire.
2 *Petitorium cum possessorio retinendæ, an possit cumulari.*
3 *Impedimentum contrarietatis cessat, quando actio confessoria competit.*
4 *Actio confessoria competit pro iure exigendi datium, sicut præseruitutib.*
5 *Possessorium in pronunciando præmittendum est, in exequendo autem pe*
titorium.
6 *Testes idonei non sunt Valentini in causa immunitatis datij salis eorum,*
cum in huiusmodi causa ipsis, ut singulis commodum quæratur.
7 *Credendum non est magis libris mortuorum vniuersitatis, quam eorum*
viuæ voci.
8 *Desidia conductorum nolentium exigere, non constituit ciues non soluen-*
tes in quasi possessione immunitatis, in præiudicium Episcopi, cui con-
uentam pensionem soluerunt.
9 *Donatio facta Ecclesiæ per Constantinum, an valeat.*
10 *Papa licet possit priuilegia suis subditis concessa reuocare, non tamen non*
subditis.
11 *Imperator ratione supremæ potestatis potest quoslibet eximere ab oneri-*
bus etiam in præiudicium feudatariorum.
12 *Alienare qui non potest rem, an possit de ea compromittere, ꝙ non.*
13 *Confirmatio Papę præsumitur ex cursu longissimi temporis.*
14 *Priuilegium Principis non est obseruandum, vbi ex postfacto incipit es-*
se nociuum, quia in omni priuilegio intelligitur exceptum omne graue
damnum. nu. 16. & quomodo debeat intelligi. 18.
17 *Rex tenetur ad datium tiragij, si salem ipse vehat negotiandi causa.*
19 *Arrestum, seu sententia Curiæ lata in possessorio, an pariat exceptionem*
rei iudicatæ in iudicio petitorio, disting. per nu. 20.
21 *Causa pia æquiparatur causę status, seu libertatis.*

Respon. Interpreta.

DVo Tantum dubia sunt, a quibus dependet vis,
& effectus pñtis controuersię, videlicet, an im-
munitas ciuiū & habitatorū Valentiæ porrigatur ad ca
sum firmę clausæ, & an arrestū curiæ pariat exceptio-
nē rei iudicatæ ɔtra Reuerē. do. Epm Valentinū. Vtrū Reueren.
do. Legato, & Epo Valentino dnmino meo præcipuo satisfa
ciam, prosequar ordinem quęsitorum, quibus rñdeo iuxta se-
riem facti, cum acta mihi non fuerint exhibita. Et si responsa
mea sterilia, antiquitatemq; redolere videbuntur, dāda erit mi-
hi venia: nā pupillus sum, & verbosam consultationem sp ab-
horrui; & si superba consultatione vti vellē, nō possē hoc tpe,
quo libris careo ob pestē fugitiuus. Ad primū, an snia lata in pos-
sessorio retinēdæ p iudicē Valentinū trāsiuerit in rē iudic. eo ꝙ
appellātes, qui introduxerūt applonē corā immediato iudice,
nō cōparuerint in termino pfixo ad audiendū rñsum super articu
lo applonis recipiendę, vel ex eo, quia appellantes non fuerunt
psequuti appellationem coram illo iudice, quo eam introdu
xerunt, sed coram suprema curia, ad quam per viam supplica-
tionis recursum habuerunt? Paucis respondeo, ꝙ appellantes,
qui semel pręsentauerunt seu introduxerunt appellationē corā
1 iudice immediato, variare amplius nō possunt, † neque alium
iudicem mediatū adire, & coram eo appellationem prosequi ɔ-
ceditur, etiam si alternatiuè appellassent ad iudicem immedia-
tum, seu supremum: quia vno electo, ad illum solum censetur
appellatum, secundum Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de appel-
lationibus, §. nunc tractemus. in fi. quem refert, & sequitur dom.
Phili. de Peru. in c. dilecti, col. fi. in fi. eo. tit. & idē voluit Saly. in
l. si quis libellos, col. 1. eo. ti. Ex quo sequitur, ꝙ sententia transi-
uit in rem iudicatam, tum quia appellantes non fuerunt prose-
cuti appellationem coram iudice appellationis in termino iu-
ris, iuxta tex. in auct. et qui, C. de tēp. appe. & in cle. sicut, de app.
tum quia se nō pręsentarunt in termino sibi pręfixo ad haben
dum responsum super articulo appellationis recipiendę, iuxta
plene notata in c. personas eo tit. Circa secundū, & si rōis ɔclu-
2 sio sit, ꝙ ab vno & eo. non possit cumulari petitoriū † cum pos
sessorio retinendæ, obstante regula contrarietatis: nam propo-
nens possessorium retinendæ asserit se possidere, l. 1. §. hoc inter
dictum, ff. vti pos. Proponens āt petitorium aduersarium facit
possessorem, alias sibi non competeret rei vēd. l. 1. C. de alien. iud.
mu. causa facta. merito vnus, & idem non potest vtruno, iudi-
cium cumulare, quia vti contrarius non esset audiēdus, l. 1. C. de
fur. Tn̄ hęc conclusio non procedit quando agitur pro iurib.
incorporalib. iuxta tex. in l. sicuti, §. Aristo, ff. si serui. vēd. quia tūc
3 cessat impedimentū contrarietatis, cum actio cōfessoria, † quia
vendicātur iura incorporalia, competat ēt possessorio, l. vti f. in,
§. fi. ff. si vsusfr. pet. l. si prius, ff. de no. ope. nū. & ita declarat Bar.
in l. naturalis, §. nihil commune, ver. combinatio, & ibi omnes
alii indifferenter sequuntur, ff. de acqui. pos. Cum igitur fuerit
intentatum interdictum retinendæ, & postea cumulatum peti-
torium pro iure exigendi datium tiragii, quod est incorporale.
4 Inst. de rebus corp. & incorpor. in prin. † & pro quo cōpetit a-
ctio ɔfessoria p seruitutib. fm Bar. & scrib. in l. si publicanus, §.
in vectigalib. ff. de pub. non video, quod cumulationi possit ob-
stare, cessant. n. oēs sex regulæ impeditiuę cumulationis, de qb.
per Bar. in d. §. nihil cōmune. & per Can. in c. pastoralis, de cau-
sa. pos. & ꝓprie. & ita in specie ɔsuluit Bal. consi. 160. proponi-
tur. li. 3. Circa tertium, an deductis & productis dicatur fcā cu-
mulatio, non possum dare certum responsum, quia deducta, &
producta nō uidi. Circa quartū aduertendum est, an fuerit fcā
cumulatio petitorii, & possessorii retinēdæ, & vbi facta reperia-
tur non erit opus rescripto, quia de iure cōi utrunque iudiciū
est eadem vnicaque sententia terminandum. Et in pronuncian-
do præmittendum est possessorium, in exequendo petitorium,
5 † ut est tex. fm vnum intellectum, in c. cū dilectus, de cā pos. &
proprie. & optime declat Soci. consi. 98. iustissime iudex, li. 3. vbi
vero non reperiretur fcā cumulatio, non erit inutile impetra-
re rescriptum, tā super cumulatione, q̄ ordine, maxime quia a-
bundans cautela nō nocet. l. testm̄ nō tō, C. de test. Circa qntū,
qđ merita concernit, videlicet qs melius iustificauerit possessō-
riū, quia attestationes nō uidi, rñdeo fm ea, q̄ proponuntur more
Scęuolę, ꝙ R. do. Eps melius ꝓbauit. Pro cuius rei clariori de-
mōstratione, pmitto, ꝙ in interdicto retinendi succūbere dēt q
clam ab aduersario suo possidet. l. 1. §. fi. & l. si duob. in princ. ff.
uti possi. & l. 1. C. eo. ti. Hoc sic pmisso ostēdit, ꝙ ciues ɔtēdētes cū
D. Epo non probarunt se esse in quasi posses. non soluendi tira
gium, & si ꝓbarunt, talis possessio utpote clandestina, nō eos
iuuat in hoc vtili interdicto, vti possidetis. In primis sciendū est,
6 ꝙ ciues Valentini in hac cā nō sunt idonei testes, † quia agitur
de commodo uniuersitatis, ꝙ ɔcernit singulos, ut singulos, nō
uniuersos, fm Inn. & alios in c. cū nuncius, de testib. Pan. in cap.
Insup eo. titu. Cæp. in trac. seruit. sub. rub. de seru. iuris pascen-
di. lat. post alios, in l. sed si hac, §. qui manumittitur, ff. de in ius uo-
can. Pan. gl. 16. ad claram, col. 9. li. 1. Lud. Ro. consi. 7. uisis, ad fin.
Bal. consi. 168. li. 2. & alibi sæpe. Item sciendū est, ꝙ si uiua uox
ciuium est suspecta rōne proprii commodi, ut dixi, eo. modo e-
rit suspecta uox mortua, & consequenter maiores ipsorum ci-
uium, q aliqñ fuerunt conductores tiragii, nō etiā probarunt,
7 † cū nō sit credendum magis defunctis, q ipsorum uiuæ uoci, se-
cundum Pe. & Cy. in l. in bonę fidei, C. de reb. credi. ēt probatur
per

per tex.in l.exēplo,C.de prob.traditur per Mod.maxime Ias.in
l.admonendi,col.63.ff de iure.Tertio aduertendū est,quia si te
stes deponentes,ꝙ ciues Valētini sunt in quasi pos.non soluēdi
tiragiū,nihil dicant de scientia & patientia d.Epi,non ꝓbabūt,
quia subiectū huius quasi possess.est visus & patientia,ſm Bar. in
l.2.C.de seru.& aqua.& Alex.in terminis nostris cōsi.136.in cā
& lite.col pen.li.2.Et si dicatur,ꝙ conductores nunq̄ exegerunt
8 tiragiū a ciuib.rñdetur,ꝙ desidia cōductorū † nolentium exige
re, non cōstituit ciues non soluētes in quasi poss. immunitatis
in præiudicium d.Epi,cui cōtinuā pensionem soluerūt,l. q̄uis,
§.cōductor,ff.de acqu.pol.nec desidia vel fortè dolus,aut collu
sio ipsorū cōductorum,qui ciues erant,præiudicat dño,nec suę
quasi possessioni exigendi tiragiū,l.fin. C.de acq.pos.consuluit
Bal.consi.330.statuto cauetur,li.1.Nec dicatur,ꝙ dispō d.l.fi.&
d.§.si conductor,loquūtur in pos.rerum corporaliū,quia de cor
poralib.ad incorporalia valet arg. & idē est iudicium,l. si pater
mulieris,ff.de iu.dot.& l.sicut,ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol.& ista
iura loquentia de possessione rerum corporalium procedūt ēt
in quasi poss.iurium incorporalium.ſm Aret.in rub. ff.de acq.
pol.ad fi.& cōsi.30.visio themate,col.pen.per dictū Spe.in ti.de
prob.§.videndū,versi.sed pone.Et hoc in proposito nostro vo
luit Bar.in l.1.ff.vti pos.bene facit tex.in c.olim,3.de rest.spo. cū
sim.Et si fortè dolo vel desidia ꝯductorū foret acquisita aliqua
quasi possessio ciuib.illa esset fraudulēta & clandestina habita in
scio dño Epo.Omnis.n.possessio acquisita initio uero possessore,
dr clandestina,l.si ancillā,ff.pro suo.& firmat Bal.in d.con
si.330.& ꝯñr in hoc iudicio incūbere dēnt ciues,quia clam pos
sident ab aduersario,d.l.1.cū alis s.alle. Ad sextū,an Fedencus
potuerit ꝯcedere immunitatē Valentinis in pręiudiciū eccl.cui
antecessores sui donauerant ciuitatē cū pedagiis ac regalib.uni-
uersis?Præsupposita validitate donationis,cum sit cōis opi.ꝙ do
9 natio facta eccl.† per Constantinū ualeat,vt attestatur Pan. in
c.inter dilectos,col.7.de fid.instr.per tex.in cap.fundamenta,de
elec.li.6.& absq; insinuatione,l.sancimus ius,in fi.cum auc.seq.
& ibi Bal.C.de don. Vr̄ rñdendum ꝙ nō,quia perfecta donatio
nec retractari pōt,nec alterari,l.perfecta.C. de do.q̄ sub mō. l.
velles.& l.si donōnem,C.de reuo.do. & maximè donatio facta
eccl.l.priuilegia,cū auc.seq.C.de sacros.eccl.& Princeps tenetur
obseruare ꝯtus sui prædecessoris,c.t.de prob.Corroboratur,ꝙ
10 licet Prīceps possit priuilegia subditis suis cōcessa reuocare,† c.
veniens, de pręscr.non tñ pōt reuocare priuilegia cōcessa non
subditis,vt tradit per Pan.& alios in c.nouit,de iud.Constat aūt
Epm & ecclesiam Valentinā nō esse subditos Imperatori,c.be
ne quidē,96.dist.ergo &c.& ita ꝯsuluit Lud.Rom.consi.498 eic
ca pmissā.& Pau.de Cast.consi.317,visio,& examinato pūcto.in
r.par.Contrariū fortè uerius est,quia Imperator donādo ciuita-
tem Valētinā cū regalib.ecclesiæ,nō abdicauit a se ius superio-
ritatis & supremę ptātis. Patet,quia(vt in facto p̄supponit) Eps
pro iurib.tpalitatis recognoscit Imperatorē,seu Christianiss.Re
gem habētē iura imperii.Potuit ergo Imperator rōne supremæ
11 ptātis eximere quos voluit ab oīb.oneribus,† ēt in præiudicium
feudatariorum,ut traditur per Pan.in c. accedētes, de pręscr. &
in c.peruenit,de immu.eccl. & facit tex.in l.1. & per totū.ff.de in.
immu.& in l.sunt,munera,ff.de vaca.mune.Imo vr̄,ꝙ Impera-
tor potuisset penitus & in totum hmōi pedagium & tiragiū ex-
tinguere,l.1.C.de superind.li.10. & maxime si nō esset licitè im
positū,l.illicitas,ff.de off.præsid.& de pa.iura.sir.§.illicitas,i vsi.
feu. vnde non vr̄ dubitandū,ꝙ ēt non potuerint in parte,l.si qs
cū totum,ff.de excep.rei iud. Ad septimū,an laudū prolatū per
Archiepm Viennę,& trāsactio factæ Auenioni corā Patriarcha
Antiocheno,& aliis cōmissariis Apłicis de iure subsistāt,& piu
diciū afferant eccl.Valentinę. Prima ꝯsideratione vr̄ rñdendum ꝙ
non,quia Pręlatus sine authoritate superioris nō potuisset ꝯce-
dere immunitatē ciuib.Valentinis,c.Epi,c.fi.de reb.eccl.nō alie.
nā ēt administratores Reipub.nō pñt sine Principis authoritate
alicui ꝯcedere immunitatē,l.i.C. de immu.nem.ꝯced.l.euacua-
tis,C.de decur.li.10.traditur per Bar.in l.2.ff.de iure immu.ergo
nec ēi potuit p transactionē,ne indirectè ꝯcedatur,ꝙ directè ꝓ-
hibet,vt est tex.in c.veniēs,de trāsa.& firmant Pan.in c.contin
git,eo.ti.Sicut nec Præses puinciæ,nec administrator Reip.pōt
p trāsactionē remittere iura ciuitatis clara & liquida, l. præses,
C.de trāsa.Istud.n.ius tiragij donatū eccl.erat liquidissimum ēt
ꝯ ciues, ꝯ quos p̄supponit latā fuisse sniam per Imperatorē, q̄
snīa imperialis ꝯstituit ius certissimū,l.fi.C.de legi.nec ab ea re-
clamare licet,l.1.ff.a qb.app.non licet. Nō valuit ergo istā actio
tanq̄ super decisis & clarissimis facta,l.post rē,ff. de trans. Sic
non valet laudum Archiepi,quia Eps Valentinus nō potuit cō-
12 promittere† super iurib.gabellarū: nam qui nō pōt rē alienare,
non ēt pōt de illa ꝯpromittere,c.cū tpe,& ibi no.Pan. & alii,de
arbitr.& firmat Lap.alleg.3.& latè Lud.Rom.ꝯsi.396.circa pri
mū,in 3.dub.Soc.ꝯsi.18.col.1.s.lib.1.Dec.ꝯsi.44.col.2.Sed Eps in-
cōsulto Romano pōtifice,nō potuit remittere istud ius tiragii,
vt s.ꝓbaui,& est tex.in c.ꝙ qa,35.q.9.& facit tex.in auct. hoc ius
porrectū,C. de sacros.eccl.ergo nec ēt potuit ꝯpromittere. Et
hanc partē amplector,nisi ciues allegent laudum & transactio-
nes fuisse per papā cōfirmata. & ad probandū ꝯfirmationē de-
ducant cursum tanti tpis,cuius initii non extet memoria; nam
13 ex cursu tā longissimi tpis p̄sumitur † papæ confirmatio,si alle-
getur,vt in simili casu immunitatis ꝯsuluit Dec.consi.152. in cā
exemptionis,col.fi.& Barb cōsi.33.sapienter scribitur,col.ante-
pen.& seq.lib.5.per no.in c.cum apostolica,de his,q̄ fiunt a pla.
sine consen c.& in l.cum de in rē verso,ff.de vsu.& plenè tradi
tur per Alc.consi.6.li.1.Old.consi.3.6.Raph.Cum.cōs 83.quia
cā decimalis.Fulg.consi.166.in qōne,quæ vertitur,& alibi sæpe.
Ad octauū,a quo(vt video)dependet pūctus totius ꝯtrouersiæ,
an hæc concessio immunitatis laudo,transactione,& forte pa-
pæ priuilegio roborata,extendatur ad casum firmę clausę.Vide
retur ꝙ sic, quia huic ēt casui conueniunt verba exemptionis &
14 priuilegij,ergo ēt conueniet dispositio,cum ex tenore† priuile-
gii cognoscatur intentio cōcedentis,c. porro,c.receptionis, de
priuil. intelligitur.n. Federicus concessisse immunitatē omnib.
casib.qui sub verbis cōprehendi possunt,l.Gallus,§.quidā recte,
ibi,q̄ ex uerbis concipi pñt,ff. de lib.& posth.& l.si quis stipula-
tus sit Stichū, ibi,quęrentib.inspiciendus est sermo stipulatio-
nis,ff.de ver.obl.Verū p̄dictis & aliis,q̄ ex lectura priuilegii,lau-
di,& transactionis extrahi possent,non obstantib.ꝯtriam senten
tiam tanq̄ iuri & ęquitati magis cōsonam amplectendam arbi-
tror,infrascriptis rōnibus. Primò.quia credendū non est Impe-
ratorem uoluisse priuilegiare Valentinos ciues eo casu,quo cō-
15 tingeret ecclesiā immodice † lædi,c cū ad hoc,de cler. nō resid.
& ibi no.Pan.& alii,ꝙ priuilegiū principis non est obseruandū,
qñ ex post facto incipit esse ualde nociuū.Tertio,ad idē est me-
lior tex c.suggestū,de deci.vbi priuilegium immunitatis a solu
tione decimarum,non est obseruandum eo casu, quo priuile-
giatus postea acquirat tot p̄dia, pro quib.si decimas non solue-
ret,inferretur enorme damnū ecclesiæ.Ita dicendū in casu nr̄o,
quia si priuilegiū immunitatis cōcessum Valentinis traheret ea
suin firmæ clausæ,q̄ ex post superuenit, enormiter imò totali-
ter læderetur ecclesia in suo iure tiragii. Nā pe cōcessionis pri
uilegii,laudi,& transactionis,cuilibet concessa erat facultas tra-
hendi salē , & licet tunc Valentini forent exempti a solone ti-
ragii,alij tñ oēs trahentes soluebant tiragiū do.Epo. At nunc ꝙ
Christianus Rex clausit fores,si cōtingat Valētinos esse firma-
rios & conductores tiragii,quia tūc non licebit aliis salē trahe
re,si dixerimus Valētinos firmarios fore exemptos,ecclesia fru
strabitur in totū suo iure tiragii.Quē casum si Imperialis Maie
stas considerasset euenturū,non est credendū,ꝙ in talem euen
tum voluisset,Valentinos vti illo priuilegio.Hinc dicebat Card.
Floren cle. in p̄senti,in vltimis verbis,de censi.ꝙ tales exēptio-
nes tanq̄ tendentes ad noxam,admittendæ non essent , per tex.
in d.c.suggestū,& hac rōne dicebat gl.in c.rescripta,25. q. 2. ꝙ
priuilegium statim vires perdit , q̄primum incidit priuilegiū in
iniquitatem.& dixit Fel.post Aret.in c.nouit,col.6.de iud.ꝙ nō
solū resoluitur priuilegium,ꝙ ex post enormiter lædit tertiū,vt
in d.c.suggestum,sed āt quod ex post graniter lędit ipsum cōce
dentē pręter eius intentionē,arg.l.Seio,§.medico,ff. de ann.le-
ga.& l.fistulas,§.frumenta,ff.de ꝯh.emp.& dicūt Alex.& Mod.
in l.si ex toto ,ff.de leg.1.in prin. ꝙ priuilegium immunitatis nō
trahitur ad casum verisimr non cogitatū per concedentē, iurib.
præallegatis, & priuilegiū exemptionis a procuratorib.conces
sum clericis alicuius loci.nō est obseruandum casu , quo adeo
multiplicati sunt clerici illius loci,ꝙ omnem fere procurationē
absorbeant,ſm Card & Fel.in c.accedentes,de pręscr. in omni
16 .n.priuilegio intelligitur exceptum graue damnum † alterius,l.
2.§.si quis a principe,ff.ne qd in loco pub.l.nec auus,C.de emā-
cip.li.c.quamuis,de rescr.li.6. Et priuilegium a principio æquū
dēt euanescere,si ex post efficiatur iniquum,ſm Old.consi.268.
qō est verum,col.1. Secundo quia Valentini, qui conduxerunt
firmam salis a Christianissimo Rege,iam non amplius trahunt
salem uti ciues Valentini,sed uti Regis firmarii;alioquin si uti
Valentini ualerent trahere semota conductione,ēt cuilibet Va
lentino liceret,ꝙ ipsi firmarii lato ore negant.Dato ergo,ꝙ Va
lentini essent immunes vti Valentini,non tñ erunt immunes uti
17 firmarii Regis.Nam ēt Rex † ipse tenetur ad datum tiragii , si
negociandi causa salem vehat,ſm Bar.consi.226. cauetur statu-
to Mōtis Politiani,ſm meam impressionem,ēt ꝙ ipse pedagiū
& tiragium donauerit ecclesiæ.Nō ob.tex.in l.licitatio,§ fiscus,
de publ.& vectig. & commis. quia procedit quando fiscus , &
princeps a vsus sui gratia transfert res suas de loco ad locum nō
mercandi causa,& idem tenet Bart.in l.1.de naui.lib.10. Aret.in
l.cætera,§.hoc Senatusconsultum,ff.de leg.1. nec etiam immu-
nis est ecclesia,qñ negotiatur,cle.fin.gl.& Cano.de censi.Cū igi
tur Rex teneatur,non uideo rationem, quare eius firmarii de-
beant esse immunes.bene facit tex.in l.apud Iulianum,§.1. & ꝙ
ibi notatur,ff.ex quib.cau.in poss.eat.& in l. hęres absens,ff. de
18 iudic.Tertiò,quia priuilegium † exemptionis dēt taliter intelli-
gi, quod non contineat iniquitatem, vel absurditatem , secun-
dum glo.solemnem in c.paratus,23.q.1. Bald.in l.1.in 4. notab.
C.de

C, de legi, & Ias. in l. fi. col. 4. in fi. ff. de const. Prin. Hæc aūt inter-
pretatiō. q̄ et firmarii sint immunes, continet maximā iniqui-
tatē, quia sic erit in arbitrio cuiuslibet Valentini licitādo firmā,
subuertere ius Epi in totum, ergo fugienda & abiicienda est ta-
lis iniqua, & absurda intelligentia. Non obst. verba priuilegii, q̄a
mens concedentis p̄ualet verbis, ca. ꝗto, de priu. c. 2. requiris, de
app. Mens aūt Federici non fuit priuilegiare ciues Valentinos in
euentum firmę clausæ, vt s̄. probatum fuit, ergo &c. Ad nonū,
an pp̄ euentum firmæ clausæ priuilegiū Valentinorum reuoce-
tur in totū, vel ad aliquam moderationem sit reducendū? Pan.
in d. c. suggestum. r̄ndet, q̄ reuocatur in totum, quia non appa-
ret pro qua parte possit cōsistere, arg. l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua
quot. & æsti. & c. detestāda, de cōcess. pb. lib. 6 Ex quo datur intel
ligi, q̄ si posset quoq̄uo cōstare, quot modia salis verisimiliter
traherēt Valentini singulo anno, si firma clausa non esset, pro
ea quantitate deberet consistere priuilegium, nam firmarij subro
gantur in locū omnium personarū, quę possent salem trahere,
si firma nō esset, ergo pro portione Valentinorum, in quorum
locū ēt subrogantur, dēnt vti posse priuilegio, §. fuerat, vbi Ias.
col. 1. Inst. de ac. c. ecclesia, vt lite pend. Ad decimū, an fuerit enor
mis læsio iustificata, non insisto, tum quia non vidi acta, tū quia
re ipsa appatet de enormi læsione. Imò fere de totali, cum nulli
alteri liceat salē trahere. Ad vndecimum, an arrestum, seu sn̄ia
curiæ pariat exceptionē rei iudicatę in hoc iudicio. Super isto
puncto possunt multa iura citari, sed conclusiue procedēdo r̄n-
9 deo. Aut sn̄ia lata fuit in possessorio, † & constat non obstare
in iudicio petitorio, l. & an eandē, §. fi. ff. de excep. rei iud. Aut la-
ta fuit in petitorio, vt quia ciues proposuerunt actionē negato-
riam, & adhuc s̄m ea quæ proponuntur, r̄ndeo tale arrestū non
parere exceptionem rei iudicatę ꝯ d. Epm̄ nunc agentem cōfes-
soria infrascriptus rationibus. Pr mò quia talis exceptio firmæ
clausę non fuit expresse reiecta per arrestū. & licet censeatur ta
10 cite reiecta, l. a. C. de ord. cog. & c. 1. extra eo. tn̄ talis reiectio † ta-
cita non obstat, quominus illa exceptio possit deduci in alio iudi
cio per modum agendi, ēt ad eundem finem, l. si aūt, §. fin. ff. de
neg. gest. l. q̄ in diem, §. si rōnem. ff. de cōpen. per quę iura ita de
terminat Pau. de Cast. in l. i. col. 4. C. de ord. iud. & Bar. in d. §. fi.
quod maxime verū est, s̄m eum, si de tali exceptione non sit ple
narie cognitum, l. si quis a liberis, §. si vel parens, ff. de lib. agn.
Secundo, quia sententia lata in pręiudicium ingenuitatis seu li-
bertatis, cuius exceptio proposita fuerat, non parit exceptionē
rei iudicatæ in alio iudicio, ēt inter easdē personas, d. l. 1. & ibi gl.
& oēs indifferenter. C. de ord. iud. Ergo non ēt pariet exceptio-
11 nem rei iudicatę in p̄iudicium piæ causæ, † quæ æquiparatur cau
sæ status, seu libertatis, s̄m Bar. in l. proxime, §. nomen, ff. de his,
quę in testa. delentur. Tertio, quia sn̄ia lata per curiam, potest
esse vera absq; eo, q̄ intelligatur pronunciatum super exceptio-
ne firmæ clausæ. Ergo non obstabit in alio iudicio, vt declarat
Bar. in d. l. si aūt, §. fi. & in d. l. 1. & in l. qui Romæ, §. duo fratres,
ff. de verb. ob. Nam intentarunt negatoriā, quia ciues, non quia
c̄ones firmarii. Vnde licet Eps̄ exciperet, q̄ firmarii non debent
gaudere beneficio immunitatis, non tn̄ talis exceptio elidebat
intentionem agentium ex ea cā tantum, quia ciues. Merito sen-
tentia lata in fauorem ciuium simpliciter, non proderit firma-
riis. Nec obstabit in alio iudicio D. Episcopo agēti ꝯ firmarios,
quia limitata cā limitatum producit effectum, l. age, C. de transf.
l. in agris, ff. de acq. rer. do. Et ita expresse declarat Bart. in l. & an
eandem, §. actiones, col. 2. ff. de except. rei iudicatę.

RESPONSVM VII.

PRinceps qui læso satisfacto crimen indulget, ve-
niā dedisse creditur reo sub cōditione, si
offenso satisfecerit. Nō est itaq; recipiēda gratia, nisi cō
ditio fuerit purificata. Satisfecisse autem reus non dici-
tur datione fideiussoris, cui læsus fidem accommodare recusat.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, satisfaicta a partie, reddunt gratiam Regis conditionalem, qua
conditio nisi purificetur, non est obseruanda dispositio, nu 2,*
3 *Causa criminalis sine incommoditate ciuilis in iudicio mixto separari non
potest.*
4 *Satisfacit is, qui fideiubet. & vide quomodo procedat.*
5 *Pęna insolidum committitur, & si in uno tantum conuentionis capitulo
contra uentum sit, etiam sine auxilio exceptionis.*
6 *Pœna adiecta dationi non debetur, tanquam præsumatur adiecta in frau-
dem usurarum.*
7 *Pœna non debet excedere quadruplum.*
8 *Rex Franciæ in sua ditione dicitur Imperator, cum nemine recognoscat.*

Respon. Interpreta.

1 VErba illa, satisfaicta a partie, cū sint prolata p ab-
latiuos absolutos reddūt grām Regis † ꝯ-
ditionalē, l. euictis agris, ff. de vsu. l. a testōre, ff. de ꝯd.
& dem. l. ab emptione, ff. de pac. Et iō nisi purificetur
2 condō, non est obseruēda disp &c † l. iubemus, §. sin autem. C. ad
Treb. Conditio aūt nihil ponit in esse, l. quę sub condōne dan-
dorū x. ff. si quis omis. cau. test. nisi fuerit purificata, l. qui hær. §.
fi. ff. de cond. & dem. Et q̄ ablatiui absoluti nihil disponant, nisi
condō purificetur, traditur per Cald. consi. 1. sub rub. de ter. sig.
per Bal. consi 498. q̄ntur, si creditores, lib. 5. & alibi sæpe. R̄ndeo
igitur non esse interinandā gratiā concessam Magnificæ D. Me
ritæ Triuitiæ relictæ quondā Magnifici D. Ludouici de Boleria
olim Dn̄i de Centalo, & eius filius, nisi prius satisfecerit Magni-
ficis Dn̄is Vicecomiti de Cadeneto, & Catharinæ de Claromō
te iugalib. de omnib. & singulis damnis interesse, & expensis ta-
xatis & liquidatis, & de quib. in instro transactionis, q̄ nō solum
rōne prædicta iustificatur, sed ēt authoritate cōprobatur. Ita n.
determinauit in proposito Bal. in l. 1. col. fi. C. de furt. Inquit. n. si
per statutum remittatur tertia pars pœnæ cōfitenti delictum, ni
hil remissum vr̄, nisi prius fuerit facta cōfessio, quia illa verba, ꝯ-
fitenti delictū, & c. licet sint datiui casus, tn̄ æquiparantur uerbis
prolatis p ablatiuū absolutū, & sicut per ablatiuū redditur gra-
tia condōnalis, ita & per datiuū. Sequuntur Mod. Ta. in rub. ff.
sol. mat & idē voluit Alber. Gand. in trac. malefi. in ti. de trans.
& pac. in malefic. & ita in simili cōsuluit Guido Papæ cōsi. 205.
circa p̄cessum, col. antep. vbi vult, q̄ hæc verba, Prouenque soit
satisfaita partie, reddunt dispositionē conditionalem, quia illud
verbum, prouiso, fuit prolatū per ablatiuum absolutum. Alia ēt
rōne probatur nostra ꝯclusio, quia in dubio non est credendū,
q̄ Res voluerit p̄iudicare iurib. ipsorū coniugum, l. 1. §. si quis a
principe, ff. ne quid in lo. pub. c. super eo, de off. deleg. c. q̄uis, de
rescr. in 6. ēt in aliquo minimo, c. cum olim, & ibi no. de ꝯsuet.
Non ergo est præsumendū, q̄ voluerit concedere gratiā & abo
litionem criminū & processuum criminalium anteq̄ parti fuerit
satisfactum, quia per abolitionē iudicij criminalis præiudicatur
parti in iudicio ciuili, q̄ colore iudicii criminalis fauorabilius et
efficacius reddebatur, maxime quia interesse dn̄orum coniugū,
hēt connexitatē cū interesse fisci respectu pœnę quinquaginta
millū scutorū auri, cōis parti & fisco, l. 1. C. de vend. rerum fisc.
cum in. cū priua. lib. 10. Est. n. hoc iudiciū pęnæ cōis fisco & pri-
uato mistum, c. tuæ, de proc. traditur per Pan. & alios in rub. de
3 iud. & in iudicio misto nō pōt separari †, cā criminalis sine incō
moditate ciuilis, vt per Ale. consi. 82. in cā vertente, in vlt. dubio,
lib. 1. Ex p̄dictis liquido constat satisfaciendū esse parti prius, quā
gratia interinetur. Sed forsan dubitabitur de mō satisfaciendi, an
satisfiat fideiubere de soluendo. satisfacit. n. ēt is, qui fideiuber,
4 † l. solonis verbū, & l. satisfactio, ff. de sol. Contrariū tn̄ hoc lo-
co tn̄dendum est per tex. in auc. si q̄n̄, C. de const. pec. & in l. fi. ff.
si cer. pet. & per tex. in l. 4. §. ait pretor, vbi casus, ff. de re iud. Nec
ob. q̄ fideiubens dicat satisfacere, q̄a verū, vbi agitur de satisfa-
ciendo debito legali, vel vbi pars tali satisfactione ꝯtentar, alias
secus, s̄m Bar. & scrib. in l. i. ff. qui satisd. cog. Dubitari quoq; po
terit, an ex eo, q̄ dn̄s de Centalo non soluit 2000. scutos auri in
termino cōuento, & sic pp̄ ꝯuentionem in uno c. censeatur cō-
missa pęna insolidum? & ratio dubitandi esse poterit, quia plu-
ra fuit facta, & plures stipulōnes plurium factorū, l. scire debe-
mus, ff. de ver. obl. & ꝯñr videretur solum cōmissa pœna pro ra
ta ꝯuentionis, vel saltem vr̄, q̄ ex æquitate cōpetat exceptio pro
capitulis, quib. non fuit ꝯuentū, l. si seruus, § 1. ff. si quis caut. Sed
5 p̄missis non obstantib. r̄ndeo pęnā † cōmissam fuisse in solidū,
absq; auxilio exceptionis, per tex. in l. si is qui ducenta, §. cū ita,
☞ ff. de reb. dub. per quem ita firmant Bar. & *cōiter* Doct. in l. 4. §.
Cato, in 10. opp. ff de verb. obl. Et rō est, quia respectu pęnæ vni
ca est stipūo pœnalis, & illa plura facta promissa hn̄r pro vno, re
spectu stipulationis pœnalis, licet respectu oblōnis primitiuę, p̄-
missiones & stipulationes, s̄m Old. dicātur diuersæ in cons. 29.
de rigore iuris. & istud est, q̄ dicit Bar in d. l. scire dēmus. dum di
cit, q̄ si plura copulentur ad unum effectū, vnica tn̄ erit stipula-
tio, l. si hæredi plures, ff. de cond. inst. Cum igitur unica sit pœ-
nalis stipūo q̄nquaginta millium scutorum, per ꝯuentionem in
vno, erit commissa pęna insolidum. Tertia forte proponet du-
bitatio, q̄ agi non possit ad pœnā, quia non fuerunt persoluta
duo millia scuta in termino conuento, quia sic pœna uideretur
6 adiecta dationi, † quo casu non dētur, tanq̄ pręsumatur adiecta
in fraudem usurarū, s̄m Bar. & alios in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cer.
pet. & in l. cum allegas, C. de vsur. Sed certe hæc rō non militat
in casu isto, in quo non petitur pęna ex eo, q̄ non sit soluta pe-
cunia, sed ex eo, quia non sit paritum sn̄iæ & rei iudicatę p prin
cipem: nā si arbiter iubeat dari pecuniam certo die sub pœna,
tunc cessat vsurarū præsumptio, & integra pœna dētur, si non
fuerit sententię paritum, c. dilecti, de arbit. Item non solū agitur
hoc loco ad pœnā, quia non sit soluta pecunia, sed quia nō fuit
repręsentata filia per do. Antonium hæredem domini Ludoui
ci iuxta conuenta, & sic agitur ad pœnam, quia non factū, q̄ fie-
ri debebat, quo casu cessat pręsumptio vsurarum, & pœna cō-
missa debetur, l. 5. §. fi ff. de verb. obl. traditur per scrib. in l. stipu-
latio ista, §. alteri, eo. ti. & in d. §. si tibi. Pręterea, q̄n pœna adiici-
tur dationi in contractu transactionis, non consideratur p̄sum-
ptio usurarum, nisi transactio inita foret super cōtractu mutui,
s̄m Bald. in d. l. cum allegas, & Imo. in d. §. alteri. nam tunc agi-
tur ad pœnam, quia agens adimpleuit contractū pro parte sua,
& ad-

& aduersarios non adimpleuit,&c. Poterit denique dubitari, an
7 hęc pœna dicatur excessiua, quia excedit † quadruplum ꝯ §.oēs,
Inst.de ac.& l. vni. C.de sent.quæ pro eo,quod inter. Nam ta-
les excessiuæ pœnę non vr̄ exigi posse, saltem de iure canoni-
co,c.suam,de pęn.Sed ꝯtrarium intendendum est. Nam si teneamus
opi.glo.& Dyn. in d.l.vnic. ꝙ pęna conuentionalis apposita in
ꝯtractu per nomina simplicia possit in infinitū ascendere, secus si
per nomina multiplicatiua:res clara erit in casu isto,quia pęna
fuit adiecta per oīa simplicia.Si vero teneamus opi. Bar.in d.l.
1.& in d.§.alteri,ꝙ pœna adiecta in ꝯtractu certum in se continen-
te possit ascendere ad eam summam, q̄ velint ꝯhentes, siue sit
adiecta ꝑ nomina simplicia, siue multiplicatiua,nostrū ꝯrīsum
verius esse comprobatur Et hanc sequuntur Ang. Aret. & Ias.
in d.§.alteri.Si vero amplectamur opi.Pet. de Bellap.& sequa-
cium,ꝙ pęna conuentionalis non possit ascendere ad quadru-
plum, adhuc s̄m ea, quæ proponuntur,vr̄, ꝙ in solidum exigi
possit, quia s̄m Ang.& Imo.& si ꝯhentes non possint facere,
ꝙ pœna ascendat vltra quadruplum, tñ hoc pōt facere lex , &
legis authoritate ꝯhentes idem pñt. Verum in casu isto autho-
ritate Christianissimi Regis,& sic authoritate legis viuæ, adie-
8 cta fuit in ꝯtractu hmōi pœna,ergo &c. Nam Rex Franciæ † in
sua ditione dicitur Imperator ,cum neminem recognoscat ,c.
per venerabilem , q fil. sint leg & consequenter dicitur lex vi-
ua in terris suis,sicut Imperator,§.fi.in Auct.de consuet. Acce-
dat, ꝙ commissa fuit pœna non solum propter moram in sol-
uendo duo millia scuta;sed etiam propter moram in repręsen-
tando filiam matri,quorum omnium interesset forte , si qua-
druplicitet ascendat ad eandem summam.

RESPONSVM VIII.

CArolus Quartus Romanorum Rex priuilegium
exigendi pedagium ita confirmauit, iura
& pedagia , & si prout tu Gaugerie , & progenitores
tui (vt asseris) ritè & rationabiliter habuerunt, & pa
cifice possederunt, ea certa scientia ꝯfirmamus & innouamus.
Dubitatum fuit, an Arnaudus huius confirmationis vigore iu-
re possit ab incolis Montilij pedagium exigere ? Ego nequaq̄
posse respondi , cum non probauerit se vel in parte Gaugerij
hæredem esse,nec progenitores Gaugerij tempore confirma-
tionis,& antea pacificè possedisse.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio facta ex certa scientia Principis, validat quod ante erat in-
ualidum.*
nobilis, licet coniecturari ex impetratione priuilegii. Nā ſi fuiſ-
ſet nobilis, fruſtra impetraſſet priuileg. ſ. immunitatis a ſubſidijs
Delphinalib. a quib. ſm mores patrię nobiles nobiliter viuētes
ſunt exempti, fruſtra. n. precib. impetratur, q̄ cōi iure conceditur, l. 1. C. de theſau. li. 10. Item, q̄ non eſſet dictus barbitonſor
nobilis, conſtat ex tenore dicti priuilegii, in quo legitur filium
Regis Delphinum mandaſſe trib. ſtatibus, vt prælatū barbiton-
ſorem deſcribant in numero exemptorum, & non ſoluentiū,
non aūt mandauit, q̄ deſcriberent in numero nobiliū. Tres n.
hominum ſunt ſpecies, quę ſolent in trib. ſtatib. Delphinalib.
deſcribi, eccleſiaſtici. i. nobiles, & exempti, ſeu non ſoluentes, vt
patet ex productis tam per actorem q̄ per reos. Cum igitur fue-
rit poſitus in numero exemptorū ex priuilegio, conſtat, q̄ non
fuit receptus in numero nobilium, l. ſeruorum, ff. de ſtatu hom.
cū ſim. Et ſi prędicta non videntur ſufficere ad oſtendendū con
ſuetudinē, articuletur, & probetur qualiter barbitonſores, coq,
& ſimiles ſeruitores d. Delphini non hñt, neq; reputant, ac nec
habiti, nec reputati fuerūt retroactis tpib. nobiles, &c. Nō ob. q̄
d. Baldeſar probauerit ſe in ſubſidiis contribuere cum nobilib.
quia non pptea ſequitur q̄ ſit nobilis, nam ad hoc vt ex vſu &
10 quaſi poſſeſſione pſcribatur † nobilitas, requiritur vſus tāti tpis,
cuius initii memoria non ſit in cōtrarium, ſm Io. And. in ca. Abb.
de priu. lib. 6. & Ludou. Rom. ſingula. 289. nūquid vſus, &c. qui
vſus

vsus tanti tpis non fuit deductus neque probatus. Et dato qđ a
certo tempore citra contribuerit cum nobilibus, non tamen se
11 quitur ꝙ sit in quasi possessione non contribuendi † cum ple-
beis: quia ad hoc vt quis dicatur in quasi possessio. non soluēdi
& non contribuēdi cum his, cum quibus de iure tenetur contri
buere, plura sunt necessaria. Primo, quod dictus Baldesar fuerit
aliquando requisitus, vt contribueret, l. hiibus. cum ibi not. per
Bar. C. de agri. & cens. lib. 6. Scdo', ꝙ requisitus soluere recusa-
uerit, ſm glo. in l. qui luminibus ff. de ser. vrb. præd. Tertio, ꝙ v-
sus fuerit prærogatiua nobilitatis scientibus & patientibus his
qui præsunt regimini ciuitatis Densis, ſm Bart. in l. 2. C. de ser.
& aqua. & Pan. consi. 48. in eã, lib. 2. & consi. 25. col. fi. co li. Non
constat autem ex actis de prædictis, nec de his fuit articulatū. er
go &c. Quinimo requisitus Ioã. auus vt solueret, ordinatū fuit
per curiam quod idem Ioãnes solueret, cui ordinationi paritū
fuit, vt legitur ex processu. Nec obstat trāsactio iurata inter agē
tes nomine ciuitatis, & quondam Ludoui. eius patrem, per quē
conuentum fuit, quod vniuersitas nō posset taleare, nec cotiza-
re dictum Lud. eius vita durante. Quia rńdetur, quod vniuersi-
tas, seu agentes pro ea, ideo promiserunt non taleare eum pro
tempore eius vitæ, quia remisit vniuersitati summam 125. flo-
renorum sex solidorum, & quindecim denariorum, ita capitur
transactio. Vnde stante hac remissione, sans dicit ipse Lud. sol-
12 uisse taleas. Soluere † enim dr̃ taleas, qui pro ipsis remittit, quod
sibi debetur, l. si debitor, ff. q pot. in pig. hab. l. uel permutauit, ff. de
liber. cau. l. si qui delegauerit, ff. de noua. cum simi. Præterea ta-
lis promissio non fuit facta ex cã nobilitatis, sed ex cã officii, qđ
habebat ipse Lud. qa erat receptor patriæ pro Illustri d. Delphi
no. pp quod officium idem Ludo. obtinuerat literas exemptio
nis a præfato do. Delphino, quæ exemptio eatenus durauit,
quatenus durauit officium, & non vltra, l. maximarum, C. de
excusa. mune. lib. 10. & ibi notat Bar. in l. qui sub pretextu, vbi Bar.
de collegi. & carth. lib. 11. C & in l. qui sub prætextu, C. de sacr.
san. eccl. & l. Seruiarios, C. de test. mil. Et hac rõne uniuersitas
transegit cum receptore ad eius vitam. Non deniq; obstant te
stium depositiones, quia & si plures deponant, quod Baldesar
13 viuat nobiliter, non tamē sequitur quod sit nobilis. † Nam ad
hoc, vt quis sit immunis a taleis & subsidijs, quæ soluuntur per
plebeios, duo sunt ſm mores patriæ necessaria. Primum quod
sit nobilis. Secundum, quod viuat nobiliter. Itē testes assignãt
rationem minime concludentem, & quam constat esse falsã,
ergo nullam fidem faciunt, l. solam, cum ibi notatis, C. de testi.
traditur per glo. & Canonistas in c. cum causam, eo. ti. nam oēs
testes dñt, quod Ioannes & Lud. pater & auus d. Baldesaris ha-
biti & reputati fuerunt nobiles, quia non contribuebant cū ple
beis. Ista ratio non concludit, stat. n. simul, quod aliquis nō con
14 tribuat cum plebeis, & tñ non sit † nobilis, cum possit esse ple
beius, & exemptus, ut s. dictū fuit. Itē constat, qđ hęc rõ assigna
ta per testes est falsa. Quia constat, quod Ioannes & Ludoui. nō
contribuebant cum plebeis, non pp prærogatiuam nobilitatis,
sed pp priuilegium eisdem specialiter cōcessum, unde de depo-
sitionibus dictorum testium non est habenda rõ. Ex his patet,
quod Baldesar non potest se iuuare ex pręrogatiua nobilitatis,
cum non constet ipsum esse nobilem, & ubi constaret de no-
bilitate, nisi esset consuetudo patrię, rńderem audacter, qđ non
posset prętextu nobilitatis se excusare a contributione onerū
occurrentium in d. ciuitate, quia nobiles de iure tenentur one-
ra patrimonialia subire, sicut quilibet plebebius, ut fuit cōclu-
sum s. in 4 rńso, in ij. dub. Videamus modo, an Baldesar iure se
pręrendat immunem ex priuilegio concesso Ioãni auo & eius
hr̃dib. & successorib. descēdentib. de suo proprio corpore? Mi-
hi, saluo sanioribus iudicio, vr̃, qđ nec ēt uigore huius priuile-
gij Baldesar sit immunis. Tum quia Baldesar non est hęres nec
successor d. Ioannis. Nō ob. si dicat, qđ est filius, & hr̃s Ludoui
ci filii, & hr̃dis d. Ioannis, & ɔ̄nt vr̃ ēt hęres ipsius Io. cum hę-
15 res hr̃dis † sit etiam testōris hęres, l. fi. C. de hęr. inst. l. si pr̃famı-
lias, in fi. ff. de hęr. inst. Quia rńdetur quod hęc ratio pcederet, si
Baldesar esset hęres vl̃is dicti Ludo. sed in facto pręsupponitur,
quod ipse non est hæres vl̃is, sed particularis, qui loco legata
rii hr̃, l. quoties, C. de hę. inst. Legatarius autem hr̃dis nullo mo
do potest dici primi testatoris vl̃is hęres, ergo &c. nam illa re
gula, hęres hr̃dis, &c. intelligitur de hr̃de uniuersali, ut uolunt
Bal. Ias. & alii in d. l. fi. Accedat, quod illa verba priuilegii loquē
16 tia de hęredib. intelligenda sunt de hęredibus † vl̃ibus, l. fideius
sor, §. qui interrogatus, ff. de interro. act. Et quod appellatione
hęredis, in dubio non cōprehendatur singularis successor, fir-
mãt Bal. & d. Phi. de Peru. in c. si pater, de test. li. 6. & Fel. in c. qa,
col. fi. de iud. Et ꝙ appellatione hęredis, non comprehendatur
particularis successor, patet ad oculū, qa hęreditas, a qua nomē
hr̃dis descendit, est successio in vniuersum ius defuncti, l. hr̃di-
tas, ff. de reg. iur. l. pecunię, §. hęreditas, ff. de uer. sig. Et si dicat,
qđ priuilegium non solum fuit cōcessum hr̃dib. sed ēt succes-
soribus, & iõ uerbum, successorib. debet intelligi de successori
bus particularibus, ut aliquid operetur, c. si Papa, de priuileg. li.
6. l. qñ, de leg. 1. R. deo, ꝙ ēt appr̃one successoris in dubio venit
17 † vl̃is successor, non autem particularis, l. quędam, §. nihil, ff. de
eden quod procedit etiam si dispō loquatur de hæredib. & suc-
cessorib. simul & geminate, ſm Bal. in l. emptorem, col. 3. C. lo-
ca. Imo. & Mod. in l. quod dr̃, la 2. ff. de verb. obl. & late Cur. iun.
consi. antepe. Nec ob. dum dr̃, quod verbum, successorib. debet
aliquid operari, quia istud conceditur: sed rńdetur, ꝙ verbum,
hæredibus, intelligitur de hr̃ibus vl̃ibus de iure ciuili, verbum
successoribus, de successoribus vniuersalibus de iure pretorio,
l. stipulatio ista, in prin. cum gl. in uerbo, cæterorum ff. de verb.
obl. & ita rńdet Imo. in d. l. quod dr̃, col. pen. & Alex. in d. §. ni-
hil, & Cur. in d. consi. antepe. Non denique obstat, si dicatur,
18 quod filius institutus in re certa, † dicatur hæres, & ideo succe-
dat in feudo concesso alicui pro se & hr̃dib &c. ut tenet Bart. in
l. ut iurisiurãdi, §. si liberi, ff. de ope. lib. & consi. inci. d. Amarus,
quod est consi. 55. &c. quem sequitur Imo. in l. ex facto, la grã-
de, ff. de hr̃d. inst. quia ɔ̄rium tenēt Bal. Aug. & Sal. quos refert,
& sequitur Alex. in d. §. nihil. & posito, quod deci. Bart. vera es-
set, nihil facit ad rem nr̃am, quia loquitur in cōcessione feudi,
& sic in beneficio Principis, quod latissime est interpretandū,
l. fi. ff. de cōsti. prin. c. cum dilecti, de do. nos loquimur in priuile
gio, quod est strictissime, & proprissime intelligendum, l. si qñ
C. de inof. testa. l. ex facto, ff. de vulg. & pup. traditur per gl. Abb.
& Fel. late in c. causam, quæ de rescri. Et si reliqua priuilegia
sunt restringenda, & stricte interpretanda, a fortiori ueniunt re
19 stringenda priuilegia immunitatis, † quia sunt ɔ̄ publicã utili-
tatem, ſm Pau. de Cast. l. maritum, ff. sol. mat. & Alex. in l. quia
tale, ff. eo. tit. & consi. 125 col. 3, lib. 2. Hinc est appr̃one posterio
rum, & appr̃one generis, & appr̃one descendentium in priui-
legio immunitatis non ueniunt descendentes ex filia, quia tale
priuilegium est odiosissimum, l. prima. ff. de iure immun. licet
in alia mã fauorabili contineanř & nepotes ex filia. Ita in ppo-
sito rńdet Dec. consi. 253. in casu proposito, per totum. Alia ēt
rõne non vr̃, quod Baldesar sit de ɔprehensis in d. priui. quia nō
est de hr̃dib. & successorib. descendentib. & procreatis ex cor-
pore & ltĩmo matrimonio Io. aui. Nam cum ei non conueniãt
verba priuilegij, non ēt conueniet dispō, c. porro, de priuile. l. 4.
§. tores, ff. de dam. infec. l. constitutum, ff. de test. mil. Nec obst.
quod nepos dicatur descendere ex corpore; non tñ fuit procrea-
tus ex corpore aui, & ex matrimonio per suum ɔ̄ctō, prout ex
tenore priuilegij disponitur. Nepos enim non dr̃ natus, nec p-
20 creatus ex aui mr̃imonio, † nec ex eius corpore, ut est tex. cla-
rus in l. nam ciuiū, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. licet enim
omnes descendamus ex corpore Adę, non tñ ex eis Euæ ma-
trimonio, & corpore sumus omnes procreati. Et si negetur, ꝙ
ex tenore priuilegij requiratur, ꝙ hr̃s sit de descendentib. pro-
creatis ex matrimonio & corpore Ioannis aui; rńdeo, ꝙ impro
ba & calumniosa est hmõi negatio. Priuilegii tenor talis est, Io.
de Pereno & eius hr̃des, & successores, descendētes de suo pro-
prio corpore & ltĩmo matrimonio, eximimus, &c. Pondera il-
lam copulam, & ltĩmo matrimonio, quę copulat uniformiter,
& qualitates pręcedentis copulati repetit in sequen. ſm glo. in
l. si sic, ff. quemad. ser. amit. q̄ carolli Ias. in l. fi. col. pe. C. de suc-
ces. edic. Pro qua facit, quod decidit Bart. in l. si legatarius, ff. de
leg. 3. & quod decidit Lud. Ro. consi. 531. præmissorum Docto
rum. & Soc. consi. 280. considerata, lib. 2. & si in sequenti copu-
lato reperitur illa pręcedens qualitas, prout repetenda est, ex
suo, & proprio corpore, solum erunt exempti, qui ex suo &
proprio corpore, & ex suo & proprio ltĩmo mr̃imonio descen
dunt, & procreati sunt. Et si insteiur, quod tenor huius priuile-
gij loquatur de descendentib. non aũt de procreatis: rńdeo qđ
suppleri dēt uerbū, & procreatis, quia ita cantat tenor alterius
priuilegij declarantis primū. suppletur. n. priuilegiū & declarat
21 † per aliud, c. inter dilectos, de fid. instr. l. vtrum, ff. de pet. hær.
Et ita no. Bal. in c. auditis, per illum tex. de pręscr. & Ias. in l. si qs
ex argentariis, §. si initium, in 4 no. ff. de eden. & in l. triticum,
ff. de verb. ob. Facit tex. in l. sed et posteriores, ff. de leg. Potuit. n.
do Delphinus, qui priuilegium concesserat, illud declarare, sup-
plere, & restringere, c. inter alia, de sent. excõ. c. 1. de iura. cal. Et
traditur per Fel. in c. nouit, col. 9. de iud. Sed ponamus quod Bal
desar sit uirtute huius priuilegij immunis, videamus a quib. mu
nerib. Priuilegij verba hæc sunt, Io. barbitõsorē nr̃m eximimus
ab oĩb. subsidiis, auxilijs, taleis, & donis gratiosis impositis, &
imponendis per gentes trium statuū nr̃i Delphinatus & Comi
tatus, a qb. exonerauimus & exoneramus ciuitatem nr̃am Dien
sem, &c. Ex horum verborum meta, q̄ transgredi non licet, c.
excepimus, c. porro, de priuil. arguēdo a ɔ̄trio sensu, ɔ̄stat fuisse
ɔcessam immunitatē Baldesari ab his onerib. quæ p gentes triū
statuū, non aũt ab his, q̄ per vniuersitatē p cõi & publica utilita-
22 te imponunř. ualet. n. ar. a ɔ̄trio sensu ēt † in priuilegiis ſm gl. in
c. licet, de priu. li. 6. q̄ dicit aureã & singularē Cur. senior ɔ̄si. 16.
col. 7. in prin. & istud ēt pbař ex pricipio illo, ĩpositis & ĩponen-
23 dis p gētes trium statuū, qđ pricipiū † resoluiū in relatiuū, & uer
bum, put resoluēdū est, ſm gl. in cle. 1. in uerb. dignitatib. de pb.

dispōnem restringit ad tertios verbi relatiui. l.cunctos pplos.C.
de sum.trin.& fi cath. Et q illustris Delphinus voluerit dūtaxat
pcedre immunitatē a subsidiis,& taleis, quæ imponunt p tres
status,seu quæ debent,soluunt ipsi Delphino,patet ea eo q eao
nerauit ciuitatē. Rō tñ exonerationis non conuenit,nec a dapia
ri pōt oneribꝫ,quę imponuntur per vniuersitatē pro cōi ciuium
24 vtilitate,ergo ad ea onera nō est immunitas protrahenda, † fin
Io. And.& Pan in c peruenit,de immu eccl.& Pel.in c. accedē-
tes de præscr. Sed vbi Delphinus dedisset Baldesari immuni-
25 tatē ab oib. & quibuscunq; munerib. † non tñ censeretur de-
disse immunitatē ab onerib. hospitandi milites, a quib. nullus
cēsetur exēptus,nisi speciali priuilegio pcedatur l.3. C.de omn.
pñ li x.& l.3 §.eos milites.ff.de muner.& hono.& l.sunt mune
ra,ff.de va,mu.nec ab onerib.refectionis murorum pōtiū, fon-
tium,& his similiū,quæ pro cōi oīum vtilitate imponunt,nam
ad talia onera tenetur ēt ecclesia, cui iure plenariā concedunt
immunitatē,l.ad instructionē,C.de sacros. eccl. & ibi Cyn.Iac.
But. Bald. Albe.& Mod.ita firmant,& sequuntur *cōiter* Cano.
in c.non minus,de immu.eccl.reiecta sntia Pan,ibi,& consi.3.li.
1.Nam domus Augusta,& celsitudo Imperialis,a talib. onerib.
non excusantur, l.absit, C.de priuile.do. Aug.l.3. C.de immu.
nemi.conced.lib.xj.dicit Bal.in tit.de pace Constan.in ver. mu-
nitione,q ēt ecclesia tenetur conferre in gabellam plaustrorū,
quę soluitur in portis pro refectione viarum;& ad onera,quæ
imponuntur pro aquæductib.purgandis,vel reficiendis ēt tene-
tur ecclesia,& quilibet alius hñs gñalem immunitatē,l.ad repa
rationem, & ibi no. per Io.de Pla. C. de aquędu.lib. xj. & l. ad
portus,C.de op.pub.& Cępo.in trac.seru.rust.sub rub.de seruit.
viæ.sitr exempti,& priuilegiati non excusantur ab onere facien
di aggeres pro inundatione aquarum arcenda,quia cōe pericu-
lum est,& cōe bonum,fm Ant.de Bui,& Pet.de Anch. in d. c.
non minus. Nec ēt excusantur a collecta imposita pro redimē-
da & repellenda hostium incursione,fm Bart. in l.nullus,C.de
cursu publi.lib.11.& Pet.de Anch. consi.96. super dicto dubio.
& And.Sic.consi.1.lib.3 & do.Ias.in l.placet,col.3.C.de sac. san.
eccl. qua rōne dico,Baldesarem non esse immunem ab onerib.
quę per vniuersitatem imponuntur pro conseruanda, vel libe-
randa ciuitate a pestilentia,vt late pbaui in tractatu de peste,li.
3 in septimo remedio præseruatiuo, in a q. princ.versi.discussa
qōne de munere psonali. Et sicut Baldel.non excusatur virtute
prędicti priuilegij a metatis militum,ab oneribus pontium,fon
tium,viarum publicarum & similium, eadem rōne non excu-
sabitur a collectis, quæ pro præmissis munerib. soluendis &
26 sustinendis, imponuntur, quia tales collectæ † regulantur fm
nām onerum,in quorum loco subrogantur,fm Bart.in l.1.ver,
quęro ergo utrum,C.de mulie.& in quo loco,lib.x.& in l 4 §,
actor,ff.de re iud. Pan.in d.c.non minus,in fine.Bal.consi. 448.
ad euidentiam lib. 5. & consi. 496 punctur quęstionis,lib.4.&
consi. 313.si de iure, lib.4.& alibi sæpe. Et ab hac sententia non
discrepat Guido Papę decis. 78. ubi dixit etiam ecclesiam pro
talibus oneribus fuisse collectis grauatam tempore, quo uige-
bat bellum inter Delphinum & Ducem Sabaudię, quod æqui-
dem uerum & æquum semper putaui.

Si in commu, eademque caus. in integ. restit. post.

RESPONSVM L.

LIcet Pręuostus, & Castelinus , frēs de Geor-
gijs uideantur incursi pœnam caducita
tis ob canonē iam annis trib.non solutum,nihi
lominus, & si ceciderint,ex persona fratris eo-
rum minoris restituendos esse indubitati iuris
est:cum in indiuiduis minoris priuilegiū, maio-
rib.prodesse sępe constitutum fuerit: Neque ēt prædicti fratres
pœna i si quis maior,tenentur:ā n licet ɔ̄ctum approbauerint,
super eo tñ iuramentum nullum præstiterunt; nec fratris iura-
meotum ad fratres porrigitur,nam iuramenta personalia sunt.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium minoris in causa communi indiuidua,etiam ad maiores fra tres porrigitur.*
2 *Nonnunquam quis ex persona alterius consequi potest , quod ex persona sua consequi nullo iure poterat.*
3 *Incorporalia per naturam indiuidua sunt , licet vsus, seu facultas ipsorum commode dimidatur.*
4 *In contractibus innominatis non habet locum pœna caducitatis , quia in eis solum succedit actio ad interesse.*
5 *Regula l si pecuniam.ff de condi causa data,non pcedit si in instrumento contractus innominati ed;it stipulatio.*
6 *Iuramentum non ligat, nisi expresse iurantes.*

Respon.interpreta.

Super eo, De quo consilium quæritur , procliuior sum
in sententiam, quod dominus Præuostus,
& Castelinus nobilissimi fratres de Georgiis. nō fuerint incur
si aliquam pœnam caducitatis propter canonem iam annis tri-
bus non solutum, posito quod præsens contractus sit contra-
ctus locationis,non ea persona ipsorum fratrum , quia etiam
per biennium cessando a solutione quis cadit a tota locatione,
vt per Bartolum in l.quæro,§.inter locatorem,ff.locati.late Ias.
in auth.qui rem,col.4.C.de sac.san.eccl. sed ex persona socio-
rum,qui sunt minores,dico prænominatos fratres,posito q ce
cidissent,debere reintegrari; nam minores pp moram non ca-
dunt in pœnam caducitatis,fm glo.& Bald. in l.si tutor,C.de
admini tut. Et posito,q cadant,eis est danda restitutio,l.si ea cā.
1 §. si in comm usum,ff de minori. Sed restitutio † minoris in rā
cōi indiuidua prodest ēt socijs maiorib.fm Barto,in l.1.C.si in
cōi,eademq;cā restit.postu.sequitur conclusio, q restitutis mi
noribus erunt ēt restituti prænominati fratres. Et pro ista con
clusione est casus decisus in l.si eōem,ff.quemadmo.seru.amit.
vbi persona minoris retinet maiorem seruitutem vię,quā pce
non usum perdiderat. ppterea dixit eleganter Bal.in c.1.col.3.
quib.mo.feudum amit. q si unus vasallus habens feudum cōe
perdiderit eundem feudum ex persona sua,vel quia offenderit
dominum,vel quia noluerit iuuare; quod si alius frater adme-
rit , vel innocens fuerit ea persona fratris innocentis retinebit
feudum . confirmatur ex tota regula , quod quis consequitur
2 † ea persona alienus , quod ea propria consequi non posset,l.
illud, § fi.ff.de contra tabulas.l. Aristo,ff. quę res pig. obli.pñt,
cum suis concordantibus. Corroboratur præmissa cōclusio ex
infinitis simili.qq quas seriatim cumulat Fel.in c.prima.col.3.
& sequenti.de præscri & post eum Ias.in l.si emancipati, col.3.
C.de collationib. quę omnia omitto , ne videar uelle implere
sol um.sed vltra eos optime quadrat in proposito, quod con-
suluit subtilis Franciscus de Aretio,consi.27.quod incipit,viso
themate ad me transmisso,col. x. vbi laicus beneficio fratris cle
rici potest prohibere vicinum,ne ędificet super muro cōi,non
obstante statuto laicorū quod vicinus possit inuito vicino ędi-
ficare super muro cōi,quia tale statutum fratri laico beneficio
fratris clerici nō præiudicat. Et si dicatur,pręmissa cōclusio,qđ
beneficio minoris restōnis restituantur fratres maiores,solum
procedit in causa indiuidua,fm Bar.in l.1. C.si in comniu.eadē
q;causa in integ rest.postu.sequitur Aret.in præalleg. consi.25.
& in specie Rom.consi.165. sed hmōi octo vnciæ aquæ locatæ
sunt diuiduæ,vtpote concessit per modū quantitatis & per nu-
meralia,quæ quantitas diuisionem recipit ,l.in executione , in
prin.ff de ver.ob.& etiam nomina numeralia diuisionē demō
strant,l.si ex toto,§.fin.ff de lega.1. Et quod ductus aquæ sit di-
uisibilis,videtur tex.in l.si quis per diurnum,C.de aquæductu.
lib.11.ubi si inter socios disceptaē de vso aquę,diuisio fit arbi-
trio iudicis.& clarior tex.in l.si partē, in vers.pro mō agri deter-
minetus quę diuisio fiet,ff.de seru.rust.pręd.quia respondetur ne
gando assumptum q istud ius dicendi octo vncias aquę sit diui
duum,sed dico esse indiuiduum,quod sic demonstratur,nā aut
volumus considerare istud tanquam ius incorporale , & sic tā
quam seruitutem constitutam ad tēpus,quę de ęquitate iuris ex
pacto fieri potuit , l.seruitutes,2.ff.de seruituti. & sine dubio
erit indiuiduum,quia incorporalia, quę nec tāgi, nec videri pos
3 sunt † per naturam,sunt indiuisibilia,fm Bart.in l.stipulationes
non diuiduntur,in 4.q.ff.de verb.obli.& l. prima,§.quędam,ff.
de rer.diuisi.§.incorporales.Institu. de rebus corporalib. & in
corporalib.aut volumus considerare facultatem vtendi, & tūc
non videmr quid indiuiduum, quia si aqua diuiditur , non prę-
stabit ipsis minoribus tantam utilitatem in parte respectu par-
tis,quantam in toto respectu totius,vt de se patet, ergo est indi-
uidua fm Doctores,Bar.& alios,in l.4.§.Cato,ff.de verbo.obl.
& est tex.in l.in executione,§.secunda species,ff.eo. tit.& quod
ius ducēdi aquam sit indiuiduum , est tex.ad literam,in l.una,ff.
de seruituti. Nec obstant allegata in contrarium , quia ea omnia
iura,quę pręsupponunt aquam posse diuidi, intelliguntur quā
tum ad commoditatem vtendi, videlicet, vt alternis dieb. socii
aqua uti possint,non quod ipsum ius aquę sit diuiduum. ita for
maliter rñdet glo.in d.l.si partem,ff de seruitu. rustic.pręd. Nā
etiam quodlibet aliud genus indiuidui,fm commoditatē uten-
di,secerni potest,prout est tex.in l.una, §.1.ff.de seruitu.per quē
tex.ita dicit Bar.in d.l.stipulationes non diuiduntur, in scđa op-
posi.unde licet commoditas sit indiuida, nō tamen sequitur,er
go ipsa res est etiam diuidua , vt patet in iurisdictione , quę est
quid indiuiduum,& tamen administratio & exercitiū ipsius po
test diuidi fm Bar.in l.inter tutores,circa finem per illum tex.ff.
de adminis.tuto.& Bal.in c.Imperialem , §.pręterea ducatus,de
prohib.fe.aliena.per Federi.& Alexan.consi.25.uolumine v.&
consi.18.col.x.uolumine 2.Barto.consi.82.Cur.Seni.consi.25.
col.fin.late Felin.& Barb.in cap.prudentiam,in prin.de offi.de-
lega. Et sic ex istis stat firma cōclusio in fauorem pręfatorū no-
bilium fratrum de Georgijs. Ex alio quoque uidetur, q fratres
ipsi non ceciderint in aliq̄ pœnam caducitatis,quia si recte capiā
tur termini iuris, pręsens ɔ̄ctus non potest dici contractus loca
tionis

stionis, sed potius 9ctus innominatus, q̃a hic agitur, vt ab vtraq;
parte detur, ergo est 9ctus innominatus, l. fi. ff. de cond. ob cām.
per quem ita declarando terminos iuris, ita vult Bar in l. 2. in fi
4 He principii, & ibi latè Mod. ff. si cert. pet. sed in 9ctibus † inno-
minatis non habet locum pęna caducitatis contra non implen-
tem 9ctum pro parte sua, sed solum datur actio ad interesse cō
uentotum, quę appellatur actio pręscriptis verbis, l. naturalis, de
præscr. verb. ff. & si replicetur, q̃ non adimplenti conceditur pę
nitere, l. si pecuniam, ff. de cond. cā da. respondetur verum esse
re integra, vt ibi habetur, sed hic res non est integra, quia iā pro
aliquib. annis ipsi fratres soluerunt. vel aliter, d. l. si pecuniā, pro-
5 cedit, † nisi in instrumento 9ctus innominati sit apposita stipu
latio, s̃m Pau. & Mod. in rub. ff. de ver. obl & Iaf. in d. l. si pecu
niam, in 10. fallen. sed in instrumento adest stipulatio, ergo &c.
& si pars aduersa instet opponendo ipsos fratres cecidisse in pę
nam l. si quis maior, C. de transac. quia contractus est iuratus, re
spondetur, q̃ ipsi fratres, quorum nomine fuit celebratus con-
tractus, non iurauerunt. vnde dato q̃ ipsi contractum approba-
uerint, tamen ad eos iuramentum non extenditur, quia requi-
6 ritur ad hoc, vt iuramentum † liget, & extendatur expresso con
sensu. q̃ interueniat expressa iuratio, c. pe. de iureiur. per quē ita
dicunt Mod. in l. 1. §. & post operis, col. 3. ff. de no. oper. nunc est
.n. iuramentum personale, c. veritatis, extra de iureiur. vnde non
migrat de subiecto in subiectum, l. quia, ff. sol. mat. cum concor.
& ita fore iudicandum dico & consulo, saluo semper iudicio
rectius sentientis. Laus Deo.

De hæred. actio.

RESPONSVM I.

ET si hæc verba, en rembursant toutes foys præala-
blement pars les gens dudit pais, ceulx, q par ver
tu de nostres dictes letres de edict, ont obtenu lesdiz
offices perpetuelz, reuocationem officiorum perpetua
litat s. siue in gerundium, i. satisfaciendo, siue per ablatiuos ab-
solutos. i. solutis prius, &c. resoluantur, conditionalem facere vi
deantur, & non aliter reuocata dici possint officia illa perpetua,
nisi prius conditioni paritum sit, cum ante purificatam condi-
tionem obseruandi non sit dispositio, præsertim cum d. Caro-
lus Grilliett decesserit antequam sibi satisfactū foret, quare ver
ba prædicta quouis ex capite intelligantur, eo pendente condi-
tione mortuo, quę ?ionem faciebant, & ob id nullum ius nulla-
que ad hæredes spes (fideicommissi exemplo) transmissa vr̃, &
pręd cta officia perpetua vacare censentur. Verum quia manife
ste constat eidem Carolo Grilliett actionem, siue conditionem
ex lege, siue officium iudicis nobile, ex quouis sensu accipian-
tur, competere. Ideo nihil ex aduerso proponi potest, cur actio
defuncto competens ad cohæredes non trāsmittatur. Nullo pa
riter iure hæc reuocatio cōditionalis dici potuit, si Regis ratio,
ex qua actus regulatur, recte perscrutetur, nam gerundiū mo-
dum ac onus potius quam conditionem, fine ea, quæ proponū
tur, operatur. Nec ablatiui absoluti conditionem tantum, verū
etiam dispositionem inducunt. Et quemadmodum cohæres
adeundo pro parte sua adstrictus censetur omnia contenta in
instrumento adimplere, & sic partem cohæredis sibi relictam
datis ab eo centum, & ad id cogi potest, cur pariter non poterūt
personæ trium statuum satisfacere iis, quib. satisfieri iubent lite
ræ Regiæ officiorum reuocatoriæ, quas & acceptarunt, & inte
rinauerunt, & quibus adstringi desiderauerunt. Ex quib. facile cō
stat reuocationem officiorum perpetuorum puram, & nō con
ditionalem fuisse, & spem purificationis actus inter viuos ab eo
dem Grilliett hæredes suos transmisisse.

SVMMARIVM.

1 *An reuocatio officiorum perpetuo concessorū his verbis concepta, si prius officialibus restituta pecunia fuerint, conditionalis, seu pura censeatur, & ibi vide nonnulla de gerundio, & ablatiuo absol. & uide nu. 12.*
2 *Conditio non purificata nihil disponit.*
3 *An actio competens Carolo Grilliett ab officio nondum destituto, qui pendente conditione rembursationis mortuus est, ad suos transmittatur hæredes, & uide nu. 4. & 5.*
6 *Ex contractu Regis actio officialibus destitutis acquiritur contra offerentes pecunias restituere.*
Ex contractu papæ actio subditis acquiritur.
7 *Gerundia quando dispositionem, & quando conditionem inducant.*
8 *Gerundia necessitatem inducunt.*
9 *Actus a rationibus regulatur, & iudicatur.*
Conditio denotat causam finalem.
10 *Contractus Principis habetur pro lege, quantum ad obligandum subditos.*
11 *Hæc verba, en rembursant prealablement, modum, & onus, & non conditionem inducant.*
13 *Qui legem acceptat, ad illius obseruantiam adstringitur.*
14 *In actibus inter uiuos spes purificationis actus semper ad hæredes transmittitur.*

Qui veritas est, mihi viam veritatis aperiat.

Respon. interpreta.

BEne & quantum licuit, cōsideratis verbis literarū
reuocationis perpetualitatis officiorū, & om-
1 nibus, quæ in facti serie recitantur. Visum fuit prima
consideratione, q̃ hmōi reuocatio † sit conditionalis,
si prius fuerint restitutæ pecuniæ officialibus ad vitam electis. Il-
la enim verba, & en remboursant routesfoys præalablemēt par
les gēs dudit pais ceulx qui en vertu de nosdictes letres de edict
ont obtenu lesdicta offices perpetuelz, aut resoluūtur in gerun
dium, videlicet; rembursando tamen prius: aut in ablatiuos ab-
solutos, videlicet, restitutis tamen prius. & vtroque casu vsr fa-
cere reuocationem conditionalem. De gerundio probatur in
l. si tu ex parte, vbi glo. not. ff. de acq. hęr. De ablatiuis absolutis
probatur in l. a testatore, ff. de cond. & dem. & in l. euictis agris,
ff. de vsuris. Et sic illa verba remburfando, vel remburfans vidē-
tur resoluenda, si remburfabuntur pecuniæ per gentes triū sta-
tuum, &c. Quæ si ita resoluantur, videtur facere reuocationem
conditionalem, si restituantur pecuniæ, non alias. Ante ergo pu
rificationem conditionis non possunt dici officia reuocata, quia
conditio nihil ponit, l. si quis sub condit. ff. si quis omissa cau. te
2 sta. Et si non fuerit † purificata conditio, non est obseruanda di
spositio, l. iubemus, §. sin autem, C. ad Treb. Cum igitur domi-
nus Carolus Grillien mortuus fuit ante remburfationem pecu
niarum, sequitur quod vacauerit officium per mortem suā tan
quam perpetuum, cum nondum esset ab officio destitutus, &
3 si pendente conditione mortuus est, vr̃ nullum ius † trāsmisisse
☞ ad hæredes, & suos, iuxta notata per gl. *communiter* approbatā,
4 in l. vnica, C. de his, qui ante aper. tab. quæ vult, q̃ spes † fideicō-
missi non transmittatur etiam ad suos hæredes, quam sequūtur
Bar. & alii in l. hęredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. & in l. 1. & l.
cum filio, ff. de leg. 1. Præmissis non obstantibus intrepide respō
deo, dominum Carolum transmisisse actionem repetendi pe-
5 cunias per ipsum Regi persolutas, quia actio † competens ipsi
defuncto transit ad hæredes, vt ex diffinitione hęditatis, de qua
in l. hæreditas, ff. de reg. iur. clare patet, & probatur in l. 1. per to-
tum, C. de hæred. actio. id solum ergo demonstrandum est, q̃ a-
ctio competeret domino Carolo contra gentes trium statuum
ad suas pecunias, quod sic clare ostenditur, aut reuocatio offi-
ciorum facta per Regem transiuit in contractum cum gentib.
trium statuum offerentibus restituere dictas pecunias Rege re-
uocante perpetuitatem officiorum, pro vt reuocata fuere ipsius
tribus statibus restituentibus pecunias iuxta eorum oblationē.
6 Et ex † tali contractu Regis acquisita fuit actio officialib. desti
tutis contra gentes trium statuum, vt firmat Martinus Lauden.
in trac. de prin. ver. 281. sicut Imperator. per id, quod vult glo. in
procemio Decretalium, quę vult ex contractis papæ acquiri
subditis actionem. videtur. n. huiusmodi reuocationis edictum
transiuisse in contractum innominatum, facio vt des, i. reuoco
officia perpetua ea lege, vt nos supplicantes restituatis. &c. l. na-
turalis, §. at cum do. ff. de præscriptis uerbis. Concessiones enim
Principum factę ex causa pretij, vel alterius adimplementi secu
tuti partem eius, cui fiunt, habent naturam contractuum, secun
dum Baldum in l. qui se patris, C. vnde liberi. refert Feli. in cap. 5.
col. 5. de probationibus. Aut talis reuocatio habet uim legis, &
perpetui edicti, & ex ea orta fuit conditio ex lege, l. 1. ff. de con-
dictionibus ex lege. Aut saltē quia illius executio dirigitur ma-
gno Senescalco, & supremæ Curię, & ex ea competit officium
iudicis nobile, quod succedit loco actionis, secundum glossam,
& doctores in l. si soror, C. de collatio. & in l. 3. ff. de alimentis,
& cibar. lega. Non obstat ratio dubitandi supra in contrarium
adducta, quod huiusmodi reuocatio sit conditionalis, quia re-
spondetur dupliciter. Primo negatur, quod sit conditionalis, nā
posito quod illa uerba, en rembourfant, fiut gerundiua, & ex-
ponantur remburfando prius, &c. non tamen conditionem im
portant, sed potius orationem modificant, & qualificant, quia
7 hoc loco † gerundium non respicit uerbum, vel participium
futuri temporis, quo casu inducit conditionem, vt in dicta lege
si tu ex parte. Sed respicit verbum pręsentis temporis, quo casu
inducit modum, l. vim facit, ff. de vi, & vi armata. & docent Bar.
& alii in d. l. si tu ex parte. Hæc itaque reuocationis verbis facta
remisimus, & remittimus officia ad primū statum, en remboue
sant præalablement, &c. est pura cum hoc, quod gentes triū sta-
tuum debeant remburfare pecunias habitas per Regem ab of
8 ficialibus. Verba † .n. gerundiua necessitatē important, s̃m glos
sam, & scribentes in rub. C. de eden. Et ita de iis verbis, en rēdāt
le pris, concludit excellēs Doctor, ac Iurecōsul. Bartholomæus
Chassaneus (vt ferē) electus prouinciæ meritissimus Præses psi.

31.Hugo.& Martinus,col.fin.Confirmatur ex illis verbis,de la
charge touiesfoys,quæ idem sonant,ꝙ cū onere tamen.ecce ꝙ
remb.rsatio appellatur onus, & declarat,ꝙ illa verba,en ram-
borsant,importāt necessitatem,vt sit sensus,reuocauimus & re
uocamus officia cum hoc onere,ꝙ teneantur, officiales facere
sindic.tum,& cum onere ꝙ gentes trium statuum,priusquā re
moueantur officiales a possessione officiorum, teneantur eis rē
bursare suas pecunias.ecce verba clara. Vnde non vr̄ admitten-
da uoluntatis qō,l.ille,aut ille,§.cum in verbis,ff.de leg.3.Cor-
roboratur ex plurib.rationib.expressis in literis reuocationis, vi
delicet pro bono publico,& ut adimpleamus volūtatem testa-
mentariam Regis Caroli,cuius hæredes sumus,& vt seruemus
libertates,& priuilegia patriæ a nobis confirmata obseruare vo
lentes remisimus,& remittimus officia in pristinum statum,hæ
9 rationes insinuant,† & ostēdunt reuocationē esse puram,& nō
conditionalem,quia si esset facta sub hac conditione,si per gen
tes trium statuum remborsarentur pecuniæ,non ex rationibus
præal.fuisset motus Rex ad reuocandam perpetualitatem offi-
ciorum,sed pp futurum adimplementum cōditionis,quæ loco
causæ habetur,l.a Titio,ff.de verb.ob.l.cum ad præsens,ff.si cer.
per conditio.n.denotat causam finalē,teste Bar.in l.fi.ff.de don.
probatur in l.4.§.1.ff.de cond.inst.Comprobatur,quia,aut volu
mus,ꝙ huiusmodi reuocatio habeat uim legis, & tunc natura
legis,quę dēt esse certa,non admittit conditionem,c.erit autem
lex,4.dist.maxime conditionem,quę pendet a voluntate subdi-
torum,alioquin non princeps,sed subditi vigorem legi darent,
ꝯ l.fi.C.de legi. Aut volumus dicere,ꝙ habet uim ꝯtus,& con
stat ēt reuocationem non esse conditionalem,quia si dicatur,ꝙ
sit conditionalis,hoc vnum dr̄,ꝙ ꝯtus fuit collatus in liberam
voluntatem alterius ꝯhentis,videlicet trium statuum,si vellent
remborsare pecunias,ergo est nullus,l.in vendentis,C.de ꝯtrah.
emp. Quod non est dicendum maxime in Rege & Principe ꝯ-
10 hente cum subditis,cuius † ꝯtus habetur pro lege, quantū ad
obligandum ipsos subditos,l.Cæsar,ff.de publ.pe.C.de don.in-
ter vir.& vxo.& tradit Fel.in d.c.1.& quia nemo prę́sumit velle
actum inutilem facere,l.3.ff.de milit.test. & quia ꝯtus hic elau
dicaret. esset.n. Rex ligatus,& gentes trium statuum in liber-
tate,ꝙ non est dicendum,l.litigatores,ff.de arb.l.solemus,ff.de
iud.essetq; in potestate trium statuum illudere legi,& ꝯtui dif
ferendo solutionem post mortem eorum,quib.non statuissent
soluere,vel post mortem omnium,si nulli vellent soluere,ꝙ es
set nugari de Principe,cuius reuocationem vellent firmam ma
nere,remborsationem autem oblatam iussamq; non facere, ꝯ
tra.ioc.noli frater,9.dist.l.Iul.ff.ad exhib.& l.fi.§.vbi autem,C.
de bo.quæ lib,c.commissa,de elect.li.6.l.si prętor,ff.de iud.Me
11 rito concluditur,ꝙ hæc uerba gerundiua,† en rēborsant præala
blement,modum & onus importani,non conditionē, & illud
verbum,prę́allablement,respicit executionem facti, non sub-
stantiam reuocationis,quę executio remborsationis quādo fie
ri debeat,bene potuit in arbitrium gentium trium statuum con
ferri,l.Lucius,ff.depo.per quem tex.Sal.post Bal.in d.l.in uen-
dentis,dicunt ꝯtum esse purum,qn̄ locus & tempus solutionis
confertur in arbitrium unius,non autem pretium,& alia substā
tialia ꝯtus. Ex iis satis patet responsum ad primum fundamen
tum,ꝙ gerundium conditionem importat. Non obst.modo si
dicatur, ꝙ illa verba,en remborsant, non in gerundium,sed in
ablatiuos absolutos resoluēda sunt,s.remborsatis prius,&c. Quia
vltra responsiones præcedentes,quę seruiunt ēt,ꝙ illa uerba re-
soluantur in ablatiuos absolutos, respōdetur alio modo,ꝙ abla
12 tiui † absoluti non conditionem,tantum, sed ēt dispositionem
inducunt,l.fideicommissa,§.cum esset,ff.de leg.3.l.in quartam,
ver.sed & quod implendę conditionis causa. ff.ad legem falc.
ubi deciditur,ꝙ hæc uerba, acceptis a cohęredere tuo centum,
restituas illi hæreditatem,non tam cōditionem respectu vnius,
quam dispositionē respectu alterius importani.Ideo dūt ista ui
ra,duplex fideicommissum induci, vnum quo alter grauatī hæ
reditatē restituere,aliud quo alter cohæres potest cogi dare cen
tum causa conditionis implendæ. Nec ob. ꝙ ablatiui absoluti
faciant conditionem,quia ēt faciunt dispositionem.Ita declarat
Bar.in d.l.a testatore,& clarius Pau.de Cast.& Ale.in l.in tōne,
la a §.iam & si.ff.ad leg.Fal.Sic ergo in casu nostro illi ablatiui
absoluti non tam conditionem faciunt,quam ēt dispositionē,
quantum ad hoc ꝙ gētes trium statuum teneantur cōdōnem
adimplere,vt dr̄ in d.§.cum esset. Et si instetur,quę est ratio,ꝙ
in casu d.§.cum esset,cohæres potest cogi dare centum cā con
ditionis implendæ ꝯ reg.l.quæ sub condit.ff.si quis omit.causa
test. Respondeo,ꝙ cohęres adeundo pro parte sua censetur se
obligare adimplere omnia contenta in testō, & sic acceptare
aliam partem cohęredis sibi relictam datis ab eo centum.Meri-
to potest cogi conditionem adimplere,i.centum dare,l.ex ma-
leficiis,§.hæres,ff.de act. & ob. Ista ratio militat in casu,in quo
gentes trium statuum ppoblationem ab eis factam de rembur-
sando pecunias officialib.propter acceptationem literarum re-
uocationis officiorum,& pp illarum internationem eis instan-
tib.factam,& pp decretum de satisfaciendo officialib.se obliga
13 runt cōditionem adimplere,nam qui legem † acceptat, ad illius
obseruantiam statim ligatur,c.cognoscentes,de const.no. in c.
1.de treuga & pace.& per Bar.in l.omnes populi,ff.de iust.& iu
re.Et in hac ratione se fundat Rex Christianissimus in vltimis
literis in quib.attenta oblatione literarum reuocationis acce-
ptatione,explicatione,& internatione mandat remborsationē
fieri,&c. Tertio respondetur, ꝙ illi ablatiui absoluti vbi solum
facerent conditionem,non tñ substātiam reuocationis, sed exe
cutionem duntaxat suspenderent,d.l.Lucius,ff.depo. quod etiā
declarauit Rex per vltimas suas. Quarto respondetur,ꝙ vbi fa-
cerent reuocationem conditionalem, quia tamen stetit per ip-
sos adimplere debentes, talis conditio debet haberi pro imple-
ta in eorum odium,iure ciuili,ff.de cond.& dem. & maxime
quia fuerunt interpellati per dictum do.Carolum se offerētem
suas pecunias recipere,& possessionē officii remittere, quo ca-
su in odium moræ eorum,qui potuerunt adimplere,hētur,pro
impleta,& a die interpellationis dies cessit,l.si post dient,§.itē
si qua,ff.quando dies legati ced.& in simili casu consuluit idem
Chassa.consi.41.quia casus,colu 6. Vltimo vbi reuocatio esset
conditionalis,prout non est,quia tamen nos loquimur in con-
tractu,vt supra ostensum fuit,seu in edicto Principis. Respon-
14 detur spem † purificationis actus transmitti ad hęredes,quia in
actib.inter viuos semper stat viua spes in debitum iri. Institut.
de verb.obligat.§.ex conditionali.

Noua vect.decre.ciui.stat.non poss.

RESPON. PRIMVM.

ET si prima facie licere non videatur ordi-
ni Consiliariorū ciuitatis
Auriacę siue Principis venia statuere non posse vēden
tes,ementes ve vinum,frumētum, boues,&c.huiusmo
di teneri ad certam summam in necessitates vsusque publicos
conuertendam;quia edicto diui Seueri & Antonini cautū est,
noua vectigalia sine consensu superioris ciuitatem decreto insti
tui non posse, quid quod nec inferiorib.dñis fas est sine supre-
mi Principis approbatione quoduis superindictū imponere.
Est.n.indictio onerum de regalib.quæ supremo Principi in su-
perioritatis stigma competunt,cæteris vero ablata.Et vbi præ-
dicta ciuitas ex priuilegio vel consuetudine regalia haberet,ni-
hilo secius non solus Consiliariorum ordo noua vectigalia,da
tia,taleas,collectas,impositiones indicere posse vr̄. Cōtrarium
tamen de iure verius esse respondi, possunt namque ciuitas &
consiliarii statuta,quo ad eorum bona, & pro illorum admini-
strationem,suis ciuib.superiori domino irrequisito,modo ambi
tiosa non sint,facere pro numero capitum,vel iugerū, maxime
stante altero priuilegio Principis quo fit vt noua non sit opus
venia,ꝙ & priuilegium obseruandum fore neminem fugit.Ge
neralia autem decreta Forenses etiam comprehendentia nullo
iure statuere posse certi iuris est,& sic opposita procedunt.Con
stat itaq; ciuitatis Auriacę cum iure communi,tum priuilegio
singulari,ius esse imponendi ciuibus collectas,taleas,angarias,
perangarias,cæterasque impositiones.

SVMMARIVM.

1 *Consiliariorum ordo ciuitatis Auriacæ,an possit statuere, ut ementes vi-*
num,bladum,boues,& alia huiusmodi sine licentia Principis certā sol
uant summam in vsus publicos conuertendam,& nu.4.5.6.& 8.
2 *Vectigalia noua statui Comitatum decreto sine licentia superioris non pos*
se diui Seuerus & Anto.sanxerunt,& ibi quæ dicantur uectigalia.
3 *Regalia supremo Principi sunt reseruata,& cæteris ablata.*
7 *Ciuitas,quæ habet a iure communi potestatem indicendi collectas,non so*
lum angarias,sed perangarias, & exactiones ciuibus imponere potest,
& uide quæ dicantur angariæ,& perangariæ.
9 *Ciuitas imponens onera pro aliqua donatione facienda, & non pro neces-*
sitatibus reip.non consentientes tali impositioni nullo iure cogere potest
ad huiusmodi onera.
10 *Consiliarij taleas & collectas imponere possunt,si eis a Principe, vel po-*
pulo huiusmodi potestas sit concessa.

Qui veritas est,mihi,viam veritatis aperiat.

Respon.Interpret.

1 QVæritur an ordo † Consiliariorum ciuitatis
Auriacæ possit sine licentia domini
Principis statuere,ꝙ quilibet ciuis vendens,vel emēs
vinum, bladum,boues, & similia, teneatur soluere
certam summam, in necessitates & in vsus publicos conuer-
tendam Videtur prima consideratione respondendum,nō lice
re ordini talia statuta facere absque superioris sententia, quia
noua

2 noua vectigalia ciuitatum decreto statui non posse, statuerunt
Diui Seuerus,& Ant.in l.2.C.noua vecti.institui non poss.quã le
gem loquentẽ in vectigalib. quæ præstari mãdãtur pro rebus, quæ vehun
tur in ciuitatẽ,extendit ibi Sal.ad datia, & gabellas quæ imponun-
tur pro rebus,quæ vendũtur in ciuitate, et ꝙ ibi natæ sint. Imò
inferiores dñi non pñt absq; cõfirmatione supremi Principis su
perindictũ imponere, l.1.C.de superind.li.x.Est.n.indictio one-
3 rũ de regalibus, quæ sunt † reseruata supremo Principi.c.1.quæ sint
regalia.Quæ aũt reseruantur Principi, a cęterorũ ptãte eximun
tur,l.1.C.ut.aut.ari.& ppea Pan.cõsi.6.in q.1.5. cõsuluit ciuita-
tem non hñtẽ regalia,non posse exigere,& instituere datiũ car-
niũ,& hac rõne,quia datia sunt de regalib.cõsuluit So.consi.7.li.
5.super q.ꝙ Dux hñs datia ex priuilegio,nõ pt illa vendere, &
alienare sine licentia Principis, qũ ad proprietatẽ, licet possit
alienare quantũ ad cõmoditatẽ. Et sup hoc,ꝙ datia sint de rega
lib. non est insistendũ, nec hęsitandũ, quia est casus clarus in d.c.
1. Sed vbi alias ciuitas Aurnacensis ex priuilegio uel ex contue-
4 tudine † haberet regalia,non tñ ordo cõsiliariorũ solus videre-
tur posse nouas impositiones indicere,p tex.in l.prohibere,§.pla
ne,ff.ꝙ vi aut clam, p quem ita cõcludit Sal.in d.l.2.in 1. par. q.
5.post Bar.in l.ambitiosa,col.4. ff. de decre.ab ordi.facien. Pro
5 cõtra tñ,ꝙ ciuitas † & cõsiliarii possint imponere, & indicere
nouas exactiones, & noua onera ipsis ciuibus pbatur iuribus,
& rõne.Primo,quia ciuitas,& cõsiliarii possunt statuta facere quã
tũ ad ea,quæ cõcernũt eorũ bona,& illorũ administrationẽ absq;
licentia superioris,mõ nõ sint ambitiosa,l.ambitiosa, ff. de de-
cret.ab ord.fac.firmat Bar.quem alii sequuntur, in l.oẽs popu-
li,in 1. q. ff.de iusti.& iu.Scdo p tex.in l.oẽs prouinciarũ,C.de ope.
pub.& l.p Bytiniã,C.de immu.nemi.conce.lib.x.& in auc.item
nulla cõitas,C. de epis. & cle. quibus iuribus apertissime probatur,
ꝙ cõitas pro necessitatib. suis põt munera indicere,uel p nume
ro capitũ,uel p numero iugerum,vel alias angarias,& peranga
rias indicere.Quid igitur tenendũ? paucis agendo rñdeo,ꝙ ciui-
tas põt collectas,& taleas,& c. alias impositiones pro suis neces
sitatib. ipsis ciuib. indicere absq; Principis licentia per ea, quæ vlti
mo loco deducta sunt, p quæ ita concludit Bar.in l.1.§.fin.post gl.
☞ ibi,ff.ꝙ cuiusq; vniuer.nomi.& ita tenẽt Ang.Imo.& alij cõiter,
in l.4.§.actor,ff.qđ cuiusq; vni.no.& vbi requireretur principis
6 licentia, stante † altero priuilegio ciuitas poterit absq; noua li-
centia taleas,& impositiones facere. Valet hmõi priuilegiũ, &
est obseruandũ,c.sup quibusdam,§.pterea,de verb.sig.extra fir-
mat Spe.tit.de cã pos.& pprie.§.1.ver.quid de colligentibus, et
Bar.in l.si publicanus, §.in oib ff.de pub.Nec dicatur,ꝙ Doct.
in d.l.4 §.actor,loquantur de collectis,& nõ de datiis, & gabel-
lis,quia sciendũ est,ꝙ collecta dr̃ omne munus,ꝙ indicitur perso
nis pro rebus,ut docet Bar.in l.rescripto,§. sciendũ, ff.de mun.
& hon.& sic cõstat,ꝙ ciuitas,quæ habet a iure cõi ptãtem indi-
cendi collectas,poterit pro rebus tam mobilib.quam immobi-
libus,& pro quib. videbitur ciues grauare.Itẽ tex.in d.auc.itẽ nul-
7 la cõitas,ꝙ non poterit solum collectas, sed et † angarias & perã
garias,& exactiones ciuibus laicis imponere,& sic non solũ one
ra realia,sed etiam personalia,ut angarias,uel personalia,& rea
lia simul,vt perangarias indicere,iuxta declarationem glossę in
l.neminem,C.de sacros.Eccle.quæ angarias appellat,qñ perso
nę opera exigitur, perangarias qñ,& personæ opera,& rerũ im-
pendia postulantur,& l.his oneribus, §. non idem angariarum
ff.de uaca.mun.& l.1.& rub.C.de cursu pub. & ang. & peranga.
lib. 12. Sed vbi iure cõi ciuitas sola posset collecta imponere
ex priuilegio,tamen ius indicendi taleas,aliasque impositiones
habere dignoscitur Talea.n.est nomen generale maioris effi-
caciæ,& importantiæ,quã collecta,cap.1.ibi, collectas & taleas,
ac alia huiusmodi,de immuni.ecclesia.in 6.illa.n.copula, &,di-
uersa copulat,fm gl.in l.si duo,C.per quas perso.nob.acqui. &
in rub.de iuris,& fac.igno. & copulata auget, l. ea tamen adie-
ctio, ff.de leg.3.taleæ ergo differunt a collectis, & maiorem ha
bent grauaminis efficaciam,quas ex priuilegio ciuitati ius est
indicendi,sed adde,ꝙ non solũ collectas,& taleas,sed alias quo
que impositiones eis indicendi concessa est facultas. Ponderan
da sunt illa verba,alias impositiones, quæ adeo generalia sunt, vt
omnia onera includantur, quia omnia dicuntur imponi, ut in
subr.C.de indic.& l.indictiones,C.de anno.& tribu.lib.x. l. mu-
nera,C.de mune patri.l.2.C.de vaca.pub.mun lib.x. & d.c. 1.de
immu.eccle.in 6.& cle.,nica,§ 1.de supplen.negli.prælatorum.
8 Constat itaq; ciuitatem Aurnacam tam iure communi † quam
priuilegio speciali habere ius imponendi collectas, taleas cæte-
rasq; impositiones ciuib. suis. Nõ obstant rationes,& iura in cõ
trariũ allegata,quia procedunt in vectigalibus & muneribus im-
positis generaliter quo ad omnes etiam forenses vehentes, uel
euntes ad uendendum,uel emẽdum bona in ciuitate,ita loqui-
tur tex.in d.l.munera,& in l.1.C.de superind.lib.x.secus quo ad
ciues,qui possunt a statuto populi,uel consilio grauari, secũdũ
Bar.in d.l.1.§.si.ff.quod cuiusque vniuer.no.& in d.l.1. C. de su-
perind illud tñ sciendum est, ꝙ si ciuitas onera imponat pro
9 aliqua donatione facienda,† & non pro necessitatibus reipubli
cæ,ꝙ ad talia onera non tenebuntur illi, qui non probabuntur
consensisse,secũdum Bar.in d.l.1.§.ꝙ si nemo, ff. quod cuiusq;
vniuer.nomi.& bene pbatur in d.l.ambitiosa,& ibi Bart. & idẽ
firmat Bar.in l.1.colum.3.versi.quæro,hic primum,C.de mulie
ribus,& in quo loco,lib.x.& Gemi.consi.116.quia prædicti,col.
5. Ad aliud,ꝙ requiratur adunantia generalis,nõ impugno, sed
10 id sane intelligo verum, nisi a Principe,vel populo † data sit po
testas consiliarijs.ita determinat Saly.in d.l.2.C.no.vecti. instit.
non poss. Cum itaque proponatur, consiliarios ex priuilegio
Principis,& ex adunantia habere facultatem imponendi huius-
modi onera, concludo,ꝙ consiliarii iure possunt taleas,& col-
lectas imponere cuilibet absq; alia Principis licentia, saluo sem
per iudicio melius sentientis,

Laus Deo Optimo Maximo.

De iure emphyteutico.

RESPONSVM I.

ETsi consuetudo disponẽs, ꝙ emphyteuta nõ
soluens debitum canonem nullo tempo
re cadat, ualeat, & emphyteutam a pœna libe-
ret,consuetudo tamen disponens,ꝙ dominus di
rectus teneatur ad domum emphyteutę pro so-
lutione recipienda licet valeat, non tamen libe-
rat emphyteutã a pęna, nisi prius protestatus fuerit emphyteu
ta die solutionis fiendę se paratum soluere,si adesset qui solutio
nem reciperet, & de huiusmodi oblatione fidem faciat. Nam
cum huiusmodi consuetudo sit contra ius, stricte venit inter-
pretanda,vt minus quam sit possibile operetur,& sic de hac cõ
suetudine testes deponere videantur, tamen quia de ea non est
articulatum,nihil ideo probant, & maxime quia non deposue
runt de actibus,ex quib. consuetudo constituitur. Ex quibus fa
cile patet, Daguinas fuisse,ac esse in mora soluendi debitum ca
nonem per annos iam duodecim, & consequenter a iure em-
phyteutico cecidisse,nec post tam longam moram ac executio
nem tam a lege quam ab homine factam,ac litis contestationẽ
purgationi morę locus esse potest. Quibus etiam nec asserta in
integrum restitutio non petita,non cognita, nec prout iuris est
terminata,vllo iure prodest.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo,ꝙ emphyteuta non soluens canonem debitum, nullo tempore cadat, valet, & excusat a pœna caducitatis.*
2 *Consuetudo,ꝙ dominus directus teneatur ire ad domum emphyteutæ pro solutione recipienda,an valeat,& an excuset a pęna caducitatis.*
3 *Consuetudo contra ius stricti iuris est, & ideo minus operatur quam sit possibile.*
4 *Testes deponentes de consuetudine non articulata, non probãt, tanquã de canon iurati.*
5 *Actus,qui possunt iure facultatis fieri, consuetudinem non inducunt,nisi eo animo facti probentur, & ibi vide nonnulla requisita ad probandam consuetudinem.*
6 *Consuetudo respiciens litis decisionem,plene probanda est, secus si iudicij ordinem concernat.*
Vide nonnullos casus, in quibus mora purgatio non admittitur, nu.7.
8 *Voluntas non minus factis, quam verbis declaratur.*
9 to primo gradu institutionis, testamentum † assumit vires a secundo gradu substõnis, l.3.in fine ff.de libe.& posth.tradit Bar. in l.1.in secundo effectu, ff de vulga.& pupilla.vbi specie tangit casum nostrũ, quando institutus non est natus ex legitimo matrimonio, tunc testamentum incipit a secundo gradu, l.2.C.de hęredibus instituen.& si dicatur forte, licet in iudicio petitorio substitutus vulgariter pręferatur instituto incapaci, tñ quia vitium institutionis nõ est visibile ex inspectione testamẽti, non dẽt posse substitutus impedire quominus institutus mittatur in possessionem, l.secunda, & fi.C.de edic.diui Adri.tol.unde nõ videtur legitimus contradictor. Respondeo, ꝙ imò etiam in possessorio substitutus dicitur legitimus contradictor, si prętẽdat institutionem nullam esse tali nullitatis vitio, de quo possit incõtinenti apparere, vel nisi de vitio nullitatis appareret ex ipso testamento ita concludunt Bar.to. Salyce Pau.Ias.& omnes in l.prima, C.de edic.diui Adria.tollen. in casu nostro opponitur vitium nullitatis, de quo apparet ex testamento, nam testator appellat Claudium institutum filium naturalem: & licet addat ipsum esse legitimum, tamen testatori non creditur, nisi de legitimatione fides fiat, per ea quę not.glo.& omnes scriben in l.si donatione, C.de collatio.& per Bart.in l.si forte, ff de castr. pecul. & si forte dicatur factam fuisse fidem de legitimatione. Respondetur dupliciter. Primo, quod non dicitur facta fides,
10 nisi instrumenta legitimationum producta † sint citata parte, & dato termino ad opponendum, ut concludit Bar.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo, de plano, per tex.in lege finali, C.de fide instru. Secundo, posito ꝙ sint exhibita instrumẽta legitimationum seruatis seruandis, qđ factũ non fuit, tñ aduersus ipsam legitimationem audiendus fuit, & est Berengarius, ẽt in isto iudicio possessorio, tum quia vt s.dixi, si instrumenta debent legitime exhiberi, necesse est, ꝙ statuatur Berengario ter-

minus ad opponendum, tum quia in possessorio iudicio persona
11 petens se mitti in possessionē dēt plene † legitimari, adeo quod
quilibet, cuius interest, dicetur legitimus ɔ̄dictor, quoad exce-
ptiones, quas ponit ɔtra psonā agentis, ista est theorica glo. Bar.
& Saly. & omnium in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. quā Do-
ctores extollunt ibi, & in variis locis, de quibus per Ias. in rubr.
C. qui admitti. nunquam. n. censentur exclusę exceptiones, quæ
respiciunt inhabilitatē, seu illegitimitatē psonę s̄m Fel. in c. ex
parte, col. 2. de offi. del. debet ergo in isto iudicio possessorio ple
ne constare de persona Claudij, qđ sit ille Claudius in testamē-
to noīatus, & quod vere sit legitimatus, & quo ad istas exceptio
nes, Berēgarius, & quilibet possessor est legitimus cōtradictor,
s̄m Bal. in d. l. fin. versi. differunt rñ. Præterea, & tertio respon-
detur, quod non potest dici, qđ exceptiones, quas opponit Berē
garius, requirant altiorem indaginem, quia sunt tales, qđ ex par
te ipsius Berengarii non exigunt aliquam probationem, neque
dilationem expostulant, nam exceptiones ɔ̄ personam Claudij
oppositæ eo ipso probantur, quod ex aduerso contrarium nō
iustificatur. Exceptiones vero oppositæ contra legitimationes
consistunt in iure, & ex apertura librorum veritas earū fit om-
nibus manifesta, ergo non dicunt requirere altiorem indagi-
nem, quia quæ sunt iuris, dicuntur certa, liquida & notoria, l. or
namentum, vbi Bar. ff. de auro, & argento lega. non enim pos-
12 sunt dici dubiæ exceptiones, † quarū decisio ex apertura libro-
rum pōt reperiri, vt concludunt Bald. & Saly in l. cū proponas,
C. de rebus cre. & Ias. in l. pen. col. pen. C. de pac. & in terminis
nostris idem ponit Ias. in l. 1. in fi. C. de edic. diui Adriani tollē.
vbi istud fundamentum fecit contra Bart. ibi, quod fundamen-
tum in se verissimum est, licet in casu illo nō stringat cōtra Bar
tolum vt videri potest, quod hic non discutio, quia nihil ad ca
sum nostrum. Sit igitur conclusio, qđ Berengarius, quantum
ad has exceptiones quę ad personam actoris opponuntur, vel
ad merita causæ mixta consideratione personæ, & causę, dr̄ le-
gitimus contradictor, & ita in specie quando opponit, qđ insti-
tutus non est capax institutionis, quia spurius, firmat Baldus in d.
l. fi. col. 10. ver. 8. studeat reus. Non obstat in quātū supra dicebā,
quod Berengarius dicendo pupillarem expressam esse nullam:
etiam tacitam uulgarem, super qua se fundat, nullam asserere
videtur, quia istud est a veritate deuium, stat enim simul ꝙ pu-
pillaris expressa non valeat, & tamen sustineatur tacita vulgaris
in ipsa pupillari comprehensa, secundum Bart. post Gul. quem
☞ *communiter* Docto. sequuntur, in l. 1. in vlti. q. ff. de vulg. & pupil.
13 in primo. 2. & 3. requisito, ff. eod. quia vitiato † expresso, non vi-
tiatur tacitum æque principale, l. si fideiussor, ff. de leg. 1. Venio
nunc ad s̄m articulum huius tertiæ dubitationis, videlicet ad di
scussionem exceptionum, quas deducit Berengarius. Primam,
quæ fundatur in errore testatoris, qui instituit Claudium tanq̄
naturalem cum sit spurius, non puto militare, quia largo sum
14 pto vocabulo, etiam spurij dicuntur † naturales, secundum gl.
Panor. & omnes, in c. per venerabilem, qui fi. sint legiti. & glo.
in l. quoties idem sermo, ff. de reg. iu. & est tex. in c. innotuit, de
elec. & ex legitimationibus, ad quas testator se refert, constat
testatorem intellexisse Claudium esse spurium, licet ipsum na-
turalem simpliciter nominauerit. Imò ex quo testator præten-
debat Claudium fore legitimum, non debuit amplius spurium
appellare, tam in legitimatione vltima, quam in testamento, &
est tex. pro hoc dicto Bal. in l. Imperialis, quem ibi no. idē Bald.
& Saly. C. de nup. & Alex. consi. 2. vol. 1. col. 4. Secundam autē
exceptionem, quod Claudius non sit audiendus, nisi prius pro-
15 bet se esse filium testatoris, quilibet diceret militare, quia † qui
dicit se filium, si negetur, probare debet, l. 1. & l. ei, qui. ff. de ꝓb.
& in terminis nostris ita consuluit Bal. consi. 180. mortuo filio,
lib. 1. In contrarium facit, quia testatori nominanti eum filium
credendum videtur, nisi per negantes contrarium probetur, ut
signanter determinat Bar. in l. quod Senatus, §. idem per contra
rium, ff. de lib. agnos. per tex. in l. quidam. ff. de prob. ubi casus, &
in specie, qđ nominatio in institutione filij præsumptiue ꝓbet
filiationem, & transferat onus probandi in aduersarium, tenet
Ion. & Are. & Fel. in c. per tuas, de prob. glo. Bald. & Sal. & alij
☞ *communiter*, in l. neque professio, C. de testa. dicentes, quod illa
lex, quæ vult, quod professio patris non probet, sane intelligi-
tur, id est, non probat aliter filiationem, quin si per aduersariū
probetur testatorem errasse, & non irritetur legatum & institu
tio, sed tamen inducit pręsumptionem talem, quod onus pro-
bandi transfertur in aduersarium, ut etiam tenuit Bal. in casu no
stro, in capitulo ex transmissa, col. 2. de restitu. spo. & licet Ias.
in d. l. neque professio, dicat se dubitare, tamen loquitur quoad
probationem necessariam: nam quo ad istam fateor, quod ex
institutione non probatur filiatio probatione necessaria; per
tex. in l. si pater, C. de hæred. instit. sed bene probatur præsum-
ptione, quæ pręsumptio transfert onus probandi in aduersariū,
d. l. quidam, ff. de probatio. Tertia exceptio, quod Claudius nō
sit ille, qui fuit institutus, & nominatus magis videtur vrgere;
quia tenetur Claudius probare, quod is sit ille Claudius, si nege
16 tur, cum sit † fundamentum intentionis suæ, l. eū qui, de prob.
& l. actor, C. eo. tit. & bene faciunt no. per Bar. & alios, in l. inter
stipulantem, §. 1. ff. de verb. obl. & per Fel. in c. cum Ioannes he
remita, de fide instru. sed adhuc super ista exceptione non vide
17 tur insistendum, quia probatio quod iste vocetur Claudius Siene
rij, præsumendus erit ꝙ sit ille, quia † identitas nominis facit
præsumi idētitatem corporis, l. qui habebat, ff. de manu. test. per
quem tex. consuluit Bal. consi. 70. cū apparet, lib. 4. & hoc maxi
me verum erit in casu nostro, in quo instra legitimationū repe
riuntur apud ipsum Claudius, quo casu p̄sumitur, ꝙ sit ille, q
nominatur in eis, secundum Bald. in l. si qua per calumniam, in
fine per illum tex. in argumen. C. de episcop. & cleri. cum cōcor
dantibus allegatis per Fely. in c. coram, col. 5. de officio delega.
arbitror etiam quod Claudium posset probare tractatus, & cō
munem famam, ꝙ sit ille Claudius, & ꝙ sit filius, quibus proba
tis constaret de persona, & filiatione, vt traditur in d. c. per tuas,
de probatio. & in cap. per tuas. qui fil. sint legi. ideo non multū
puto laborandum super istis friuolis, sed ad fundamenta magis
realia deueniendum est, videlicet ad legitimationes, super qua
rum validitate consistit victoria Claudii, & sup inualiditate con
sistit palma Berengarii substituti: in processu duæ legitimatio-
nes reperiuntur insertæ, ideo particulariter de vtraque est vidē-
dum. Circa primam, multa possent dici; sed omissis superfluis
arbitror absq; dubio, qđ talis legitimatio nihil prosit ipsi Clau
dio pluribus rōnib. Et non insistendo sup articulo, an infans le
☞ gitimari possit, quia *communiter* sententia est, † ꝙ sic, vt per Bar.
18 & scriben. in l. iubemus, C. de emancipa. liberto. Barto. consilio
105. & consilio 119. libro quinto, vbi vult, quòd licet infans non
possit consentire, tamen legitimatio tenet, & quo ad partē sta-
tim ꝙ est legitimatus, trāsit in eius potestatem, adeo ꝙ tanquā
legitimus administrator poterit exinde petere, quòd legitime-
tur, etiam quo ad successionem maternam, & alibi dicit, ꝙ in-
fans & furiosus potest a Principe legitimari, nec obstat, quòd
requiritur quod legitimatus consentiat, §. generaliter, in Auth.
quibus mod. natura. effici. sui. quia infans, & furiosus finguntur
consentire, cum agatur de eorum commodo, & fauore. Con-
cludendum intrepide puto hanc legitimationem fore nullam
19 ex infrascriptis rationibus. Primo, quia legitimatio † facta ex
falsa causa nihil valet, l. j. ff. de nata. restitutio. capit. quia circa, de
consangui. & affin. cap. quod super, vbi Bal. & Moder. maxime
Fely. col. 1. de fide instrumentorum. nam sicut vitiat institutio-
nem, l. si pater, C. de hæred. insti. & l. fin. eod. titu. & sententias, l.
qui testamento, ff. de excusatio. tuto. cum simi. Ita vitiabit legi-
timationē. Ista aūt facta fuit ex falsa causa, quod ex eo patet, quia
Christianissimus Rex asserit se inclinatum moribus, & virtuti
bus, quibus coruscat ipse Claudius, quod certe falsissimum est,
cum Claudius tunc esset infans annorum trium, qui nihil scire,
vel discernere poterat, l. 1. C. de fal. mone. l. pupillis, ff. de acqui.
hęredita. accedat, ꝙ dicta legitimatio facta dicitur ad instantiā,
& postulationem dicti Claudii, qui neque adhuc fari sciebat,
vnde de falsitate suspecta dicitur, seu redditur ipsa legitimatio,
apparetque Regem fuisse circumuentum, ergo ex defectu cau-
sæ finalis erit legitimatio inualida. Et per ista reperio, ita in ter-
minis decidere hanc quæstionem Pet. de Anch. cōsi. 241. ex te-
nore priuilegii, quem refert & sequitur Fely. in d. cap. quod su-
20 per, columna prima. Secundo, quia surreptio † ita vitiat legiti-
mationem, sicut cętera rescripta, & dispensationes, d. l. 1. de na-
ta. restituen. & comprobat latissime Cur. senior. cōsi. 153. statu-
to Ianuæ. est aūt huiusmodi prima legitimatio surreptitia, quia
Claudius tacuit, ꝙ Dominicus eius pater haberet tunc uxorē,
quod si expressisset, forte gratiam non impetrasset, aut saltē nō
ita de facili obtinuisset, ergo surreptitia, cap. postulasti, cap. sup
literis, de rescript. & per hanc rationem ita iudicando consu-
luit Oldra. consilio 247. factum tale est, quidam Rea. & Alexā.
consilio 195. assumo, libro secundo. vbi ampliat etiam quòd le-
gitimatio sit facta cum clausula de plenitudine potestatis, & Al-
be. de Rosa. in rub. C. de natu. liber. columna 2. & Are. in l. ex
facto, col. 6. ff. de vulg. & pup. per tex. in §. si quis. vero, in Auth.
quibus modis natu. effici. legi. quinimo falsitatem expressit, quia
dixit patrem tunc coniugatum non esse. Illa enim verba, tunc
vxorati, abnegāt, quod tempore legitimationis pater esset vxo-
ratus, tum quia dictio, tunc, extremitatem temporis tantū desi-
21 gnat, l. 4. §. 1. ff. de condi. & demonstratio. & iuncta † cum verbo
præteriti temporis est abnegatiua præsentis, vt no. in cap. soli-
tę, de maioria. & obedien. & in l. 3. §. lege Iulia, ff. de testam. sed
istud falso expressum fuit, ergo tanquam mendax precator ca-
rere debet impetratis, l. fin. C. de diuer. rescrip. cap. secundo, de
rescrip. cum vulga. Accedat, quód non fuit Rex certificatus, qđ
Claudius esset infans; quod si fuisset expressum, non ita faciliter
concessisset, ergo legitimatio tanquam surreptitia non valebit,
dicto capit. postulasti. ea enim, quæ difficiliorem reddere Prin-
cipem possunt ad concedendum gratiam, sunt Principi notifi-
canda, alias legitimatio non tenet. faciunt dicta Philippi Corn.
consilio 245. licet columna in fine lib. 1. infantes autem nō ita de

facili

facili legitimatur sicut maiores,eo quia rediguntur in patriam potestatem absque eorum consensu,ut per Ful.in l.si ff.de ijs, q sunt sui,vel alie.iur. hinc est q habens ptātem ab Imperatore,vel Rege,legitimandi spurios & incestuosos,non tamē censetur habere potestatem legitimādi infantes,quia istud princepa difficilius conecdit,s̄m Ang.in l.inuin.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.per illum tea.& Curtius senior ɔsi. 19. viso priuilegio, col.1.& Soc ɔsi.395.in causa contra filios,col.pe.lib.2. Et hęc de prima legitimatione dixisse sat ent.fateor enim, q plura alia contra dictam legitimationem dici possēt,sed quia pręmissa sufficiunt ad demonstrandū illius nullitatem, prolixior non ero. Circa secundam legitimationem obtentam a d.Seneschallo,nō insistam,quia eius validitas vel inualiditas dependet a potestate d.Seneschalli,quam videre vellem antequam quicquam scriberem,ne in incerto vagaret.Circa vltimum dubium,posito q legitimatio valeret, an spurius legitimatus succedat in emphyteusi ecclesiastica, [illegible] est conclusio, q legitimatus non succe-

22 das in emphyteusi ecclesiastica † suscepta pro se & filiis suis,ita late concludit Alex.in l.ex facto,§.si qs rogatur,ff.ad Trebel.et in cōs.64.& 128.li.1.& ɔsi.60.col.1.& seq.li.2.& in hoc abūdāt auctoritates:sed difficultas est,quod si emphyteusis ecclesiastica concessa fuerit pro se & hæredib.suis quibuscūq;,quibus sors dederit,an tunc naturales legitimati succedant in tali emphyteusi? Super isto puncto reperio Deciū notabiliter adhuc tenere. q

25 leg itimatus † non admittitur ad emphyteusim ecclesiasticam, quia talis clausula pro se & hæredibus, & quibus dederit nō intelligitur de hęredibus reprobatis,contra Petrū de Anch.cons. 71.in cā venerabium.quod ego etiam credo verissimū,qa nō est veri simile,q ecclesia seu p̄lati,qui noīe ecclesiæ fecerūt inuestituram,intellexerint de filiis hrēdib.qui sine peccato concipi nō psīt, secundum Gemi.in capit.statutū,a in fi.de hære.li.6.vbi generaliter concludit,quod in contractib.& statutis ecclesiæ appel

24 latione filiorum non veniunt ij,quorum † cōceptui resistit ecclesia,quod etiam uoluit Ange.consi.3 exonente,super primo. Ex ijs puto satisfactum omnibus quæsitis,quibus potuissem latioribus verb is respondere.Sed quia ista sufficiunt,nolui superfluis & inutilib.animos legentium grauare. Laus Deo.

RESPON. II.

TErtio prouocare nemini de iure licet, & maxime si in omnibus sententijs repetita sit clausula,bene iudicatum,& male appellatum.Verū in proposita facti specie tertio prouocare licuit, nā assertæ sententię nullo iure conformes dici psūt, quod necessarium est,vt appellatio vlterius non procedat, nam per duas primas possessorium, per tertiam & ultimam petitorium diffinit. nullo etiam iure tertia pręcedentibus,quibus addit, conformis dici potest,tum etiam quia Do.Lazarum ad inquestandum coegit,cum nemo inuitus de iore agere,vel experiri cogatur,quare nulla est,cum contra iura sit lata.Nec clausula,bene iudicatū,et male appellatum,in tertia apposita operatur conformitatē, qa intelligitur cum additionibus & qualitatibus in ea expressis, vnde quod profertur cum adiuncto,non est proprie tale,& sic simpliciter conformis:quare huic sententiæ nullitatis, & manifestę iniquitatis exceptio obstabit.

SUMMARIUM.

1. *Post tres sententias conformes,tertio prouocare non licet.*
2. *Proprietas nihil commune habet cū possessione,& ideo sententia lata super possessione,non dicitur conformis sententiæ latę super proprietate.*
3. *Medium concludendi in quocunque iudicio attenditur.*
4. *Sententia,quæ aliquid addit,vel detrahit,conformis dici non potest.*
5. *Sententia lata contra iura,est ipso iure nulla.*
6. *Verbum debet,si verbo potest,iungatur,necessitatem importat.*
7. *Appellatione arborū glādiferarū,arbores viles & nō steriles cōtinētur.*
8. *Quod profertur cum adiuncto,non est proprie tale.*
9. *Exceptio manifestæ nullitatis,& iniquitatis,impedit executionem etiam trium sententiarum conformium.*

Respon.interpreta.

QVia Officiales Do.Lazari de Cruce, domini de Mōtesilico,inquisitionē & titulos criminales fecerunt ɔ hoīs dicti loci, eo q dicti homines laborauerunt terrā guastā,reducendo eā ad culturā,& eo qa quercus ibi existētes sciderūt,& eo quia glādes, i.dictum territorium existens legerunt communitas,& homines prędicti, pręrendentes esse in quasi possessione pręmissorum iurium intentarunt interdictum retinendæ, petendo se manuteneri in dicta sua quasi possessione, & officialibus prædicti domini iuberi, & præcipi,vt ab omni molestia & turba desistant.

Super huiusmodi iudicio possessorio latæ reperiuntur tres sententiæ,quarū tenores subijciuntur.Tenor primæ talis est,Quia reperimus vniuersitatem,siue homines eiusdem, non esse in possessione asserta, sed dominum fore & esse in possessione. ideo ab impetitis ipsius vniuersitatis,& hominum eiusdē, dictum Do.Lazarum,dicti loci dominū relaxamus, & relaxatū dicimus & pronunciamus, eademq; nostra sentētia esse in possessione responderi faciendi per suos officiarios dictos hoīes terram guastam accipientes propria auctoritate,arboresq; glandiferas vltra modum depopulantes,territorium glandium,terram guastam exteris singulis annis vendēdo,cui vult. Et defensam faciendi & glandas legentibus prohibendi dicimus & pronunciamus,&c. Tenor secundæ, Dicimus & pronūciamus,bene & sancte fuisse per officiales a quibus processum & sentētiatum,dum prædictum do. dicti loci ab impetitis dictæ vniuersitatis relaxarunt,& dum declarauerunt do.de Montesilico esse, & fuisse in quasi posses. responderi faciendi per suos officiarios prædictos homines terram guastam accipientes, & ad culturā redigentes auctoritate propria,arboresq; glandiferas ultra modum depopulantes, male & inique fuisse pronunciatū,quoad prædicta capita remittentes partes iudicib.a quib.pro executione facienda.In quantum vero declarauerunt prædictum d.esse in possessione territorium glandium, terram guastam exteris, cui vult alienandi,defensam faciendi, glandes legentibus prohibendi dicimus & pronunciamus male & inique fuisse cognitum & iudicatum.Tenor tertiæ sententiæ sic se habet, Ex quib. prædictis in dicta transactione scriptis & comprehensis, iūcto instrumento in hac nostra instātia pro parte domini producto apparet quod pabulum glandium erat,& est ipsius dn̄i,& non vniuersitatis in non specificatis & non reseruatis,& sic non licuisse vniuersitati depopulare nemus glandiferū, & ad agriculturam reducere,nec uti vltra transacta,& aliter faciendo,& mēdo q̄ in l.siue in trāsactione dicatur,potuit,& debuit dn̄s inquestare ɔ facientes,& nemus ad terram guastam reducentes, prout dn̄i primo & secundo loco iudicātes rōnib. & motiuis in eorū sententiis exaratis(quas approbamus)declarauerunt,bene iudicatum pronunciando,& male ad nos appellatum, silentium quo ad illud caput imponentes conformitate trium sententiarum denifatæ in eo solo articulo. Quātum vero ad aliud caput, pronunciauit transactionem alias inter partes initam obseruādam fore.Ab hac ultima sententia fuit prouocatum & appellatum ad supremā curiam Parlamenti, prō parte do.Lazari dicis non licere tertio prouocare,cum sint latæ tres sententiæ (ut ab ipso proponitur)conformes, ideo cōsilium quæritur an prædictæ tres sententię in primo capite conformes dicātur,ita q ueniant exequendæ.Considerans petitione,& sententiis,de quib. in præmisso themate, visum fuit prima consideratione dictas sententias fore conformes quo ad primum caput,& consequē-

1 ter non licere tertio † prouocare,vt C.ne lice.ter.prouo.in rubr.& nig.videbantur autem,q essent conformes ex eo,q per secundam & per tertiam pronunciatum fuit, bene iudicatum,& male appellatum a prima sententia, & quando pronunciatur bene iudicatum,& male appellatum, constat clare de cōformitate,secundum Bar in l.si expressim,ff.de app.& Alex.consi.3. viso themate,lib.5.Verum prædictis non obstantib, arbitror ultimam nullo mō esse cōformem primis duabus, rationibus sub sequentibus.Primo per primas diffinitur possessorium,per ultimam uero deciditur petitorium,ergo difformes,cum nihil cō-

2 mune hēat proprietas † cum possessione,l.naliter, §.nihil cōmune,ff.de acq. pos. quod autem ultimus iudex pronūciauerit sup petitorio,apparet ex medio concludēdi,de quo in ipsa snia. Nā ex medio cōcludendi cognoscitur,an fuerit pronunciatū in petitorio,aut possessorio,sicut ex eo. medio concludēdi dignoscitur,an actor deduxerit petitorium an possessorium,ut in terminis consuluit Ale.in cōsi 69.Considerans bis,lib.10.& Dec. consi.62.in causa,colla & hoc est generale documētum, ut in

3 quocunque † iudicio inspiciatur medium concludēdi, ut tradit Bar.in l.certi condictio,in prin.ff.si cer.peta & in l.si prius,ubi Mod.ff.de no.ope.nun. medium autem concludendi in ultima sententia tale est,quia pabulum erat,& est d.Lazari,& quia nō licuit hominibus aliter uti quam in l.transactionis dicatur,&c. Istud certe concludit in petitorio, & quo ad dominiū,nō quo ad posses tum quia genit.Lazari,denotat dominiū, l.a.ff.de relig.& sump.fun.l.rerum Titii ff.mand. tum quia super tit.trāsactionis fundatur ratio sententiæ.qui transactionis titulus dominiū importat,l.trāsactionem quæ dominiu, & l.si super pos. C.de trans.Scdo,per ultimā sniam quāuis ēt ad primū caput

4 plura addunt primis duabus,ergo † difformes, qa ubi aliqd additur uel detrahit antiquo iuri,nouū ius effisit,l.ius ciuile,ff.de iusti.& iure.& ubi additur,uel detrahitur, stipulatio uitiatur, aut noua inducit,l.1.§.si quis simplr,ff.de uerb.obl. sic ubi sentētia addit,uel detrahit alteri sententiæ,diuersa & noua sententia reputatur.ita in nostris terminis dicit Alexan. consi.77.In causa, & lite,lib.2.quod autem ultima addat primis ostēditur sic, pes

primas declaratur Do. Lazarum esse in poss. responderi faciēdi
per suos officiarios homines popria authoritate terrā guastā.
accipientes,& arbores glandiferas vltra modum depopulan-
tes,&c. Per vltimam declaratur,quod Do. Lazarus potuit,& de
buit inquestare homines, nemus ad terram guastam reducen-
tes prout domini.1.& 2.loco iudicantes declararunt. Ista certe
vltima sententia in verb.& in oī effectu differt a primis,ponde-
randum est primo,qđ in hac vltima dicitur,quod do. Lazarus
potuit inquestare,in primis dicitur quod in poss.responderi fa-
ciendi,&c.stat enim simul, quod sit in pos. faciendi homines
respondere per officiales suos,& tamen ipse do. Lazarus non
possit inquestare obstante sibi aliqua exceptione dilatoria,
q̄ non obstabit officialibus suis,& vt ea pluribus vna in spē de-
ducatur,ea est,quia si ipse inquestaret dictos homines corā se,
sibi obstaret exceptio,quod ipse in cā sua propria non potest es
se iudex,l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdictio.omniū iudi.si corā
officialibus suis,eadem exceptio obstaret,quia cum sint iudices
ipsius do. Lazari,vnum & idem tribunal reputatur, vel saltem
exceptio suspitionis contra iudices ipsius do. Lazari opponi pos
set,cap. postremo,cap. cum speciali,de appella.cum simi. secus
autem si ad instantiam procuratoris fiscalis ; aliud enim est fi-
scus,aliud dominus loci,vt nota.per gl.& scribentes in rubrica.
C.de iure fisci,lib.10.& aliud est procurator do. Lazari,aliud p-
curator fisci,ut traditur in rubr.ff.de officio procura. Cæsa. da-
to ergo,quod sit in possessione iurium, de quibus disceptatur,
ex eo,quod quandoq; ad instantiā procuratoris fiscalis coacti
fuerunt p̄dicti homines respondere titulis criminalib.vt dicitur
in primis duabus sententiis,non tamen sequitur,ꝙ domi. Laza
rus possit inquestare,vt dicitur in vltima sententia. bene seque
tur ergo,quod in hoc addit primis,& differt ab eis, ergo &c. Se
cundo ponderandum est verbum, & debuit inquestare. Nā in
hoc additur primis,quia licet per primas iudicetur dom. Laza-
rum esse in possessione faciendi respōdere,&c. non tamē seqī,
ꝙ teneatur inquestare si nolit, & tamen vltimus iudex (nescio
quo iure) iudicauit do. Lazarum teneri inquestare,&c.& q̄dem
male,& contra totum tit.C.vt nemo inui.age. vel accusa.cog.
& in maximum p̄iudicium dictorum hominū,qb.(stante dicta
sententia) non posset do. Laza.remittere dāna illata per aliquē
5 ea eis,neque pœnam,quod est † contra oīa iura, maxime con-
trac.in nostra.de iniur.& quia cuilibet licet iuri suo renunciare,
l.si quis in conscribendo, C. de pac. Ne dicatur, ꝙ verbum de-
buit, quandoque resoluitur in liberam facultatem, & exponit
debuit,i.potuit,vt in l.3.vbi Bar.C.de pig.l.post edictum,ff.de iu
di.quia procedit ubi verbum,debuit,de per se reperitur apposi-
tum in oratione, tunc rōne subiectæ materię potest resolui in
liberam facultatem,secus si in oratione reperiatur appositū vtrū
que verbum,potuit,& debuit,vt hic, nam tunc neq; rō recte lo
quendi,neq; sensus ullus patitur,ꝙ vnū resoluatur in alterū, iō
6 tunc quodlibet seruatur,s'm propriam nām, & sic verbū † de-
buit,necessitatem imponat,vt l.sępe audiui Cęsarē,cum gl. ff. de
offic. Pręsi. Tertio,ponderandum est verbum,nemus,ꝙ ꝯplecti
tur locum quibuscunque arborib.refertū, & sic non tm̄ arbo-
ribus glandiferis,sed ēt quibuscūque aliis,& differt a luco,& sil-
ua cędua,quia gñalitatem quandam in se habeat plusquam lu-
cus,& non eodem mō ceditur prout silua cædua,secundū Fel.
in c. Rodulphus,col.25.de rescrip.per primas deciditur , ꝙ dicti
homines non possunt vltra modum depopulare arbores glan-
7 diferas,appellatione enim arborum glandiferarum solū † ar-
bores fructum facientes comprehenduntur,l.vni.ff. de glan.le-
gen.& sic istis primis additur per vltimam,vt ēt non possint di-
cti homines alias arbores nullū fructum faciētes scindere, ergo
difformes per ea,quæ s̄.dixi. Quarto ponderandū est dum in vl-
tima dicitur,nemus terrā guastā reducentes , in hoc differre a
primis,quia per primas iudicatum fuit do. Lazarū esse in pos-
sess.inquestandi reducentes terram guastam ac culturā, per vlti-
mam iudicatur do. Lazarum posse,& debere inquestare reducē
tes nemus ad terrā guastam,ergo difformis;quia aliud est redu
cere nemus,aliud est reducere terram guastam. Nemus.n. dif-
fert a terra guasta,tum rōne arborum,tum ratione amœnitatis,
vt patet ex iis,quæ scribit Felyn.in d.capi.Rodulphus; aliud ter
ra erema,aliud nemus,ex quo vtilitas plurima percipi potest, l.
qui vtilia.C.de omni agro deser.lib.11.Item aliud est reducere
terram guastam ad culturam,aliud terram bonam & fructife-
ram (vt est nemus) ad terrā guastam reducere,vt patet ab effe-
ctu,& ad naturalem sensum. Cū igitur differat vltima a primis,
qa dirimit petitorium,primæ vero possessorium; & quia decla-
rat dominum Lazarum posse inquestare, primæ vero esse ī pos
sessione,& quia declarat dominum Lazarum teneri inquestare,
& in hoc addit primis,quia addit,quod nemus per dictos homi-
nes non possit reduci ad terram guastam quod est dicere, quod
dicti homines non possint scindere vllas arbores, quod est di-
uersum a primis, quibus iudicatur non licere reducere terram
guastam ad culturam,non nemus ad terram guastam,vt s̄.abū-
de deduxi,concludendum est has sententias non esse vllo mo
do conformes. Et præmissę conclusioni per me,vt s̄.comproba
tę,nō obstat qđ vlterius pronunciauerit bene iudicatum,& ma-
le appellatum,quia rñdeo dupl'r,& primo,ꝙ si simpl'r nihil ad-
dendo,vel diminuendo,p̄nunciasset bñ iudicatū,& male appel-
latum,isto casu essent conformes,& p̄cederet doct. Bar.in d.l.sa
exp̄ssim,secus vbi aliquid addit,vel detrahitur,tūc nō pñt dici cō
formes,s'm Ale.in d.consi.77. Secundo rñdeo,quod ulterius iu-
dex non pronunciauit simpliciter bene iudicatum.sed limitati-
8 ue,idest cum † additionibus,& qualitatibus expressis in dicta vl
tima sententia;nam illa verba,prout domini primo,& secundo
loco iudicantes declarant,referuntur ad illa verba,potuit,& de-
buit inquestare,& sic dictio,prout,respicit ea quę fuerunt addi-
ta,& consequenter stat limitatiue.vt l.edita,C.de eden.vbi Bar.
& scrib.& per eundem Bart.in extrauag.ad reprim.in verb. pur,
& per Cano in c.prout,de dolo,& cōtu. Insup aduertēdū puto,
quod hmōi vltima snīa in ea parte,in qua vult dominū Lazarū
teneri inquestare,est euidentissime nulla, quia contra ius expressū,
videlicet ꝯ totū tit.C.vt nemo inui.age.vel accus.cog.& ꝯñt nul
la,l.1.& 2.C.qñ prouo.nō est nec.vbi autē sententia est manife-
ste nulla, tunc exceptio talis euidentis nullitatis impedit execu-
tionem non obstante cle.vt calumniis,de re iudicata. secundū
Alex.in d.consi.77.& consi.106.li.3. Imo exceptio nullitatis, vel
9 † iniquitatis,quam appellans offert se incontinenti probatu-
rū,licet non appareat notorie de tali iniquitate,seu nullitate,ni
hilominus habet impedire executionem,secundum Saly.in l.1.
C.ne lice.ter.prouoca.traditur per Alex.& Modernos in l. 4. §.
condemnatum,post Bar.ff. de re iudicata. Vltimo, quia vltimus
iudex pronunciauit has sententias fore conformes,ab hac inter
locutoria licitum est appellare,secundum Saly.in d.l.1.& proba
tur in c.tua nobis, de appel.& maxime licebit isto casu, in quo
constat manifeste quod non sunt conformes , vt supra proba-
ui,& vbi dubitaret,an essent conformes,in dubio recipienda est
appellatio,secundum Bald.in l.de statu.ff. de test. cum solitis &
vulgatibus auctoritatibus. Laus Deo.

De reuocandis donatio.

RESPONSVM L.

PRincipis Constitutio,quia ad euitandas fraudes
irritat donationes iudicis decreto non
approbatas,ad liberalitates,quas parentes erga liberos
exercent,non est(vt arbitror)porrigenda. Nec enim in-
ter liberos,& parentes dolositatis quicquam lex suspicatur. Nō
etiam donationes iuramento roboratas sanctio laicalis potest
infringere,cum super iuramento nulla disponendi facultas lai-
cis concessa legatur. Contendunt inter se Barto.& Bald. Perusi
nus,duo iuris fulgentissima sydera,an dos data filiæ imputanda
sit nepotibus in legitimam. Pro nepotibus respondet Bal.contra
vero Bar.cui,communis Doctorum calculus adstipulatur. Sed
vtrunque recte sensisse docet Paulus Castren. Nam si dos a ma
tre,vel auo materno tradita sit,vera mouet Bald . Sed si a patre,
auoque paterno sit constituta , iusta æquaque habetur Barto.
sententia. Alia quoque distinctione vtrunque defendit nobi-
lissimus illorum compatriota Corneus. Si enim dos data filiæ
ea mortua reuersura est ad p̄rē,quod euenire solet,quādo dos
fuit simpliciter constituta,recipienda videtur Bar. sententia. Idē
quoque respondendum,si auus stipulatus fuerit dotem reddi
nepotibus,cum ab auo ipsam dotem habere noscantur. Si ve-
ro dotem stipulatus sit reddi filię, vel eius hrdib. Bald. putat as
sentiendum,cum dotem vti matris hæredes consequantur,quā
distinctionem plerique non leuis authoritatis,prius tradiderūt.
Donationem quæ tempore mortis patris inspecto,legitimam
filiorum minuit, Paulus de Castro inofficiosam putat quam-
quam a principio pater prætaxatam donandi mensuram non
excesserit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a matre in præsentia mariti,& patris donationi consensū, & auctoritatem præstantium,reuocari non potest.*
2 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu duorum propinquorum,non procedit in contrahente cū patre,vel matre. & quid ita.*
3 *Statuta prohibentia donationes,nisi cum decreto iudicis,vel consensu propinquorum,non vendicant sibi locum in donatione iurata.*
4 *Donatio simplex,quæ in vita donantis valuit,non imputatur in legitimam.*
5 *Dos data filiæ non imputatur nepotibus in legitimam,quando nepotes habent dotem a matre vt hæredes ipsius matris.*
6 *Legitima, an sit commensuranda secundum quantitatem bonorum, quæ superant tempore mortis testatoris,an tempore donationis facta.*
7 *Donatio dicitur inofficiosa,etiam si ex postfacto inofficiosa reperiatur.*

Respon.

Respon. Interpret.

SVper Dubijs mihi propositis elegãter & iuridicè scri
pserunt clarissimi Dom. de Mota, & de Dor-
na, quorum responsa nudo calculo approbassem, nisi me
consulens impulisset, vt quid sentirem, latius explicarem.
Pro corroboratione igitur aliqua subijciam, vt rem videar ali-
qualiter delibasse. Circa primum placet mihi, quod donatio fa
cta per Ioannam Genenesiam quondam Isabellæ eius filiæ, va-
leat, & non potuerit reuocari in testamento eiusdem Ioannæ,
per tex. vbi casus de utroque in l. velles, C. de reuo. dona. ubi dr̃
donationem factam a matre filiæ, non posse reuocari prætex-
tu absentiæ mariti & aliorum liberorum: quanto ergo minus
1 reuocari poterit donatio † facta a matre in præsentia mariti, &
patris, donationi consensum & auctoritatẽ præstantiũ, vt in ca
su præsenti donationis. ad idem tex. in l. his solis, & in auct. qd
mater, eo. tit. Non obstant Delphinalia decreta, quia nõ credo,
quod procedant in donatione facta filiæ propter naturalem af
fectionem, quæ verisimiliter cadit in matre, vt concludunt Bal.
& Lud. Ro. in l. pactum, quod dotali, C. de colla. ubi dñt, quod
2 statutum, † prohibens mulierem contrahere sine cõsensu duo-
rum propinquorum, non procedit in cõtrahente cum patre, vel
cum matre, quia in eis cessat rõ fraudis præsumptæ, pp quam
statutum vetuit fieri cõtractum absq; consensu propinquorum, se-
quitur And. Sicu. in c. matrimonii, col. 3. de offi. deleg. Alex. cõ
sil. 29. Præclare, col. pen. lib. 3. quæ ratio præsumptæ fraudis ab
sque dubio cessat in hac donatione: tũ, quia fuit facta cum præ
sentia, consensu & auctoritate patris & mariti, (præsentia enim
propinquorum maxime patris & mariti, excludit omnẽ suspi-
cionem fraudis, doli, metusque, l. transactionem C. de transac.
ubi late Modest.) tum, quia fuit facta causa æqualitatis seruandæ
inter filias, cum eadem die tantundem alteri filiæ donasset. lex
enim adhortatur parentes, ut non faciant unum filium, & alte-
rum priuignum, sed vt eos æqualiter tractare debeant, §. illud.
& ibi no. Ang. in Auct. de nup. imò ubi non est æqualitas inter
filios obseruata, creditur dolum interuenisse, l. quæsitum, §. sed
& ipse Papinianus, ff. de fundo instru. quem no. Bal. in l. filiæ eu
ius, in 7 q. C fam. ercis. & Bar. in l. si pater, in prin. ff. de don. Soc.
consi. 4 in prima parte, & Dec. consi. 63. ad fin. Cum igitur ces
sat rõ statuti, cessabit etiam dispositio, l. adigere, § quamuis, ff.
3 de iure patr. c. cum cessante, de app. Secundo talia † statuta pro
hibentia donationes, cum decreto iudicis, vel consensu propin
quorum non vendicant sibi locum in donatione iurata, sm̃ Io.
And. in addi. Spe. tit. de instr. editio. §. porro. in vlt. additio. Ang.
in l. sancimus, § fi. C. de dona. Imo. in c. cum contingat, in pen.
char. & ibi Ab. & Mod. de iurei. Fed. de Senis consi. 282. Casus
talis est. Ang. consi. 94 Cũ lis. Ale. consi. 4. & consi. 12 & cõsil.
83. in fin. & 138. in fi. lib. 1. & consi. 20. col. 3. lib. 3 & est *cõis* opi.
& iã canonizata, vt dñt Mod. in d. ca. cũ cõtingat, & in l. si quis
pro eo, ff. de fideius. Bñ facit, quia statutũ, ꝙ mulier, & minor nõ
possint cõtrahere sine cõsensu ꝓpinquorũ, non ꝓcedit in cõtractu iura
mento roborato, sm̃ Imo. in d. c. cũ contingat, chart. 16 cũ seq.
Fel. in c. si quis, col. 2. de mai. & obedi. & Ale. consi. 59 Viso in-
strumento, lib. 1. & latissime Ias. in auct. sacra puberum, C. si ad
uer. uend. q̃a laici statuentes non potuerunt de uinb. iuramenti
disponere, & est cõis opi. quicquid dixerit Bar. in d. l. si quis pro
eo. vnde aliter non instabo, quia in consulendo a cõi nõ est di-
scedendum, c. ne innitaris, de constit. & quia in pũcto mihi for
mato quæritur, an huiusmodi donatio dicatur donatio pp nu-
ptias? Istud quæsitum habet duo capita. Primum est, an dicatur
donatio propter nuptias, de qua loquitur tit. C. de don propter
nupt. & tex. in §. est & aliud, Inst. de don. & certum est, qd non,
quia illa est donatio, quæ fit a sponso sponsæ pro securitate do
tis, l. profectitia, ff. de iure dot. l fi. C. eo. declarat Azo in Sũma-
ti. de donatio. ante nuptias. Secũdum caput est, an dicatur facta
contemplatione matrimonij, ita quod donatrix fuerit mota ad
donandum propter matrimonium: & iterum respondendum
puto quod non, sed mota fuit ad hanc donationem faciẽdam
Isabellæ, quia unam tertiam donauerãt alteri filiæ. Ita clare can
tant uerba donationis. vnde cum ex uerbis clare colligatur, intẽ
tio & causa finalis, non est alia exquirenda, nec cõiecturãda cau
sa, l. ille, aut ille, § cum in uerbis, ff. de leg. 3. cum similib. Circa
secũdum, quo quæritur, an donatio facta Isabellę filię, sit impu
tanda nepotibus in licentiam eis debitam, ex persona ꝓpria, cũ
Isabella mater decessera ante auum. & prima fronte uisum fuit
ꝙ sic: q̃a dos data matri ab auo, imputatur nepotibus in licentiã
secundum Bartolum in l. in quartam, ff. ad l. Falc. cuius opinio
☞ *cõiter* recepta a Doctoribus, vt attestatur ibi Picus & Dec. con
si. 151. Satis nota est quęstio, col. fin. & Fabia. de Monte in repe-
ti. auth. nouissima, in 8. char. C. de inoffi. test. sicut ergo imputa
tur dos, ita dicamus, quod imputatur donatio. Verum hoc nõ
obstante concurro in sententiam Dominorum meorum, qui
ante me consuluerunt, duab. præsertim rationibus. Primo, quia
huiusmodi donatio est pura, & simplex, & inter uiuos, quę
non imputaretur in quartam debitam iure naturę ipsi Isabellę,
4 si viueret. Nam simplex donatio, † quę in vita donantis ex[...]
non imputatur in legitimam, l. si quando. §. fi. C. de inoffi. test.
l. si non mortis, ff. eod. l. ẽt, §. si debita, ff. de bon. liber. [...]
Bar. Ang. & alii in d. l. in quartam, Alex. consi. 7. col. 1. lib. 5 & di
citur donatio inter viuos simpliciter facta, nisi sit aliter dictum,
secundum Bar. in l. peto, in prin. ff. de le. 2. & in l. illud, C. de col
la. si ergo non imputaretur Isabellæ, cum non sit donatio facta
in causam dotis, vel donationis propter nuptias, vt supra osten
di: multo minus dẽt imputari nepotibus petentib. legitimam
ex persona propria. Secundo, quia dos data filię, nõ imputatur
5 nepotibus † in legitimam, quando nepotes habent dotẽ a ma
tre vt hęredes ipsius matris. Quod est, quando pater in consti-
tutione dotis stipulatus fuisset, soluto matrimonio eam reddi
filię & eius hęredibus secundum Bald. & Salyc. in l. illam, C.
de collatio. Nec obstat opinio Bartoli communiter approba-
ta, quia procedit qñ pater simpliciter dotasset filiam, quo casu
dos sol. matr. ad patrem reuertitur ratione patrię potestatis, l.
dos a patre profecta, C. sol. matr. vel quando stipulatus fuisset
eam reddi nepotibus, quo casu nepotes eam dicerentur habe-
re ab auo. Secus autem, quando nepotes dotem habent ut hę
redes matris. ita concordat opi. Corn. consil. 190. pro decisio-
ne. li. 2. in casu autem pręsenti donatio facta fuit a matre, Nota
rio stipulante pro Isabella, & eius hęredibus & successoribus
quibuscunque. & dato quod non esset facta stipulatio pro hę-
redibus, tamẽ subintelligebatur, l. si pactum, ff. de probationib.
cum donata bona non reuertantur ad donatorem secuta mor
te donatarię, nisi sit expresse cautum, l. secunda. C. de don. quę
sub modo & propterea concludo, quod opinio Bartoli in di
cta lege in quartam, non procedit in dote data filię a matre uel
auo materno, vt ẽt consuluit Pau. de Cast. consi. 108. Dubiõ pręę
sentis in secunda parte. Circa primum, & multo minus in do-
6 natione inter viuos. Tertio quęritur, an sit commensuranda † li
centia secundum quantitatem bonorum, quę supererant tem-
pore mortis auię, an tempore factarum donationũ? rñdet unus
ex Consultoribus inspiciendum esse tempus donationum, per
tex. auth. vnde si parens, & in corpore unde sumitur, C. de inof-
ficio. testamento. sed ista sententia videtur dubitabilis, quia iste
tex. loquitur in donatione facta alicui, ex filiis cõtra officium pieta
tis, & in fraudem legitimæ aliorum, sed in casu nostro, cũ utri-
quę filię sit tantundem donatũ, non põt dici donationes inof-
ficiosę, nec in fraudem licentię aliorum factę, cum nulli filii su
peressent. Pręterea, ex alio non põt hmõi donationes videri im
mensę seu inofficiosę, cum fuerint donatę solũ duę partes bo
norum, reseruata tertia parte bonorum immobilium, ac omni
bus iuribus mobilibus ac actionibus, quę non cõprehenduntur
appellatione immobilium, l. a diuo Pio, §. si super reb. ff. de re
iud. l. mouentium, ff. de uer. sig. uidetur ergo, quod legitima ho
rum nepotum sit commensuranda secundum quantitatem
bonorum tempore mortis, l. cum quęritur, C. de inoffic. test. a l.
etiam, & l. si patronum, ff. de bon. liber. Sed istis non obstantib.
opin. d. Consultorum amplectenda uidetur, quia licet donatio
materterę horum nepotum a principio non esset inofficio-
7 sa, tamen † effecta fuit ex post, quod sufficit, quia fingitur retro
fuisse inofficiosa, secundum glossam in l. 1. in uersic. nono quę
ro, C. de inoffic. donat. in proposito autem casu licet a princi-
pio non esset inofficiosa, quia reseruauerat sibi donatrix tertiam
tem & ultra: tamen, quia illud, quod reseruauerat pro legitima
ipsorum liberorum totum reliquit uni titulo institutionis hęre
dis, apparet, quod alii liberi repeririuntur fraudati medio dona-
tionis factę ipsi materterę hęredi uniuersali. Nam ex sequenti-
bus declaratur, qualis fuerit animus in pręcedentibus, l. cũ qs,
uersicu. neque enim, C. de natu. lib. l. sed Iulianus, §. quod dici-
tur, ff. ad Macedonia. Ita magistraliter declarat Pau. de Cast. in
d. auct. unde si parentes, dicens se ita consuluisse in quadam
causa sibi transmissi de Bononia, in qua plures Doctores cespi
tabant, non considerantes, quod esset effecta donatio inofficiosa
ex post, licet a principio non esset. Circa quartum, an clausula
constituti operetur translationem possessionis, non expedit in
sistere, quia cumulatum reperitur petitorium cum possessorio
per utranque partem, quo casu sententia in petitorio habet ab
sorbere effectum possessorii, c. cum dilectus, de cau. pos. & pro
prie. declarat Soc. consi. 98. iustissime iudex, lib. 4.

De dona. quæ sub mo.

RESPONSVM I.

DIui Principis Valentini legem contra donatores, qui promissa alimenta non pręstant sapienter editam, etiam si nulla pręstandorum alimentorum dies expressa fuerit, seruandam putamus. Dies enim quę huic inest obligationi, satis promissorẽ tacite interpellat.

Quod maxime verum erit, si donatarius iureiurando fidē suam astrinxerit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim interpellationis.*

2 *Dies tacita subintellecta a lege in obligatione, ita interpellat sicut expressa.*

Respon. interpreta.

IVstè, & sanctè fuit iudicatum per iudicem a quo, in fauorem do. Ioannę petitæ. & nō insistendo super inualiditate secundæ donationis factę Ioanni Roleti, circa quam multa dicta fuerūt per præstantes, primosq́ Consultores & Aduocatos, dico secundam donationem etiam si a principio valida fuisset, ipso iure reuocatam propter alimenta non præstita donatrici iuxta conuenta. & qa de hoc est casus legis in l. 1. C. de dona. quæ sub mo. non curabo argumentis & rationibus aliter comprobare. Est enim ibi casus expressus, quòd si donatarius non præstat alimēta promissa donatrici, q̄ bona donata poterunt a donatrice vendicari, ergo donatio cēsetur a iure reuocata. & dominium iuris ministerio translatum in donatricem, alias ei non daretur rei vendicatio, quæ præsupponit dominium in agente, l. 1. C. de alienatione iudicij mutādi causa facta. c. Abbate, de re iudicata. li. 6. & ad idem est tex. cum glo. in c. verum, de condi. appo. & ita cō sulnit Bal. consi. 450. in 3. parte. Lud. Rom. consi. 284. triplici ex capite, Cor. consi. 10 a. in causa, col. 2. lib. 1. Non obst. si dicatur, quod dispositio dictę legis primæ procedit, si donatarius sit in mora præstandi alimenta, quæ mora non fuit probata in casu isto, cum nunquam Roletus fuerit interpellatus, & vbi nō est apposita dies, mora non committitur sine interpellatione, l. qd̄ te, ff. si cert. pet. l. si ex legati causa, ff. de verb. obli. quia respondetur dupliciter. Primo, quod iuramentum ipsius Roleti eum continue interpellabat vt promissa seruaret; habet enim iuramentum virtutem interpellationis, secundū Spec. tit. de aduocatis, §. 1. versi. sed nunquid is, qui iurauit, Panor. in cap. breui, de iureiuran. Secundo respondetur, quod hic est dies tacita & expressa. Tacita quidem, quia cū venter dilationem non patiatur, obligatus ad alimenta, statim dicitur in mora, saltem pro primo anno, secundum quosdam vel saltem pro primo mense, l. 1. vbi Bar. & alii. ff. de alimen. leg. & l. libertis, quos, § 1. ff. de auro, & argento lega. est etiam dies expressa multiplicādę obligationis gratia adiecta, videlicet tamdiu, quandiu vixerit, l. si in
2 singulos annos, cum simil. ff. de annu. leg. dies autem † tacita subintellecta a lege in obligatione ita interpellat, sicut expressa, idem erit, ff. de verb. oblig. late Ias. in l. quoties in diem, ff. eod. tit. similiter dies adiecta multiplicandæ obligationis gratia, ita interpellat sicut dies solutionis adiecta, sm̄ Bar. in l. ita stipulatus, magna in 3. q. 2. q princi. ff de verbo. oblig. Præterea, cum dictus Roletus iurauerit præstare alimenta, & non pręstiterit, sequitur dicendum ipsum cecidisse ab omni cōmodo cōtractus donationis, per tex. vulgatum in l. si quis maior, C. de trā sa. quæ habet locum in omni contractu, sm̄ Bar. & *communiter* scriben. ibi, & in specie, q̄ habeat locum etiam in contractu donationis, in quo donatarius non præstiterit alimenta conuēta consuluit Cor. in d. consi. 10 a. ver. & insuper. non etiā obstat, si forte diceretur, quod dispositio d. l. si quis maior, procedit in donatrice volente discedere a contractu, & quod in casu nostro non constat donatricem vnquam reuocasse donationem propter alimenta non præstita, quia (ut mihi dicitur in facto) contrariū est verius, & dato quod expresse non appareret tamē quia donatrix donauit postea, & tertio loco, omnia bona sua dictę do. Ioannæ, ex hoc solum videtur decessisse a donatione facta dicto Roleto, l. rem legatam, ff. de adim. le. & ita in indiuiduo respondet Roma. in d. consi. 284 in fi. Concludo ergo bene iudicatum, quia si bona essent apud dictum Roletum virtute vltimę donationis omnium bonorum factæ dominæ Ioannæ, vna cum cessione iurium & actionum, prædicta Ioanna posset vendicare ipsa bona, d. l. 1. C. de donatio. quæ sub modo. ergo a fortiori poterit vti retentione, cui enim damus actionem, multo magis retentionem concedimus, l. inuitus, §. cui damus, ff. de regu. iur. l. 1. § is autem, ff. de superficie.

Præstantissimi Iurisconsulti D. Ioan. Ripen. absolutissima responsa, Deo clementissimo fauente, explicitunt.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE,

A SANCTO NAZARIO IVRISCONSVLTI, CLARISSIMI,

Viginti Responsa ad vetera addita.

Nunc postremò in studiosorum gratiam accuratissimè recognita, & repurgata.

LEgatum Quasi filio relictum ei, qui filius non esse convincitur ab hęredibus testatoris ualet, co maxime, quia pietatis intuitu, & vt ait, pro amore Dei relictum est.

SVMMARIVM.

1 *Filius quis iustus, aut iniustus.*
2 *Generatio quæ tempestiua, & intempestiua quæ.*
3 *Patrinus ad quid filiolis teneantur.*
Iustus præsumitur, qui ex coeuntibus coniugibus natus est.

M. Antonianus recensui.

Respon. 200. Interpretatio.

& terræ guastæ colendæ prædij cuiuscunq; illius loci, tā ex pro
ductis & deductis allegationibus, & testium depositionibus re
cte concludentibus ipsius vniuersitatis, quam do. Lazari loci
illius domini, productis quoq; & testibus & instrumentis, &
eius ipsius confessione, & alijs generaliter omnibus causæ me-
ritis liquidissime constaret. Ac deinde ex prohibitionib. illius,
atq; inquisitionib. aduersus ipsam uniuersitatem per curiam fa
ctis perspicuis, & cognitæ essent molestiæ illius Lazari, qb. illa
in hac sua quasi possessione si impediret, iniustæ profecto sūt,
ac idcirco retractandæ tres illę, de quib. q̄ritur, aliogn ēt nō cō-
formes ſm D. Lazarũ latę fuię, & vniuersitatis in dicta quasi
possessione & libertate manutenenda & conseruanda est. Ex
quib. apparet totũ hoc rñsum in probationibus explicandis &
confirmandis versari, quę omnia facilius cognosci & intelligi
ex responsi lectione, quam epitome comprehendi possunt.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas ut ex vsu & actis particularium possessionem acquirat, quā do mandato sit opus.*
2 *Vniuersitati ut quæratur per singulos possessio, sufficit scientia regentiũ.*
3 *Vniuersitati semel quæsitam possessionem unus de populo conseruat.*
4 *Testes suspecti, & alias reiiciendi, ex aliorum multitudine valent, & simul cum aliis plene probant.*
5 *Testes adiecta dictione, citra, quando probent. nu. 6. & nu. 7.*
8 *Possidere hodie præsumitur, qui olim possedit.*
9 *Possessio quasi prohibendi non acquiritur ex sola prohibitione, nam etiā requiritur prohibitum acquieuisse.*
10 *Dominus quis directo, & alius utiliter esse potest.*
11 *Confessio propria, est omnium probationum superlatiua probatio.*

Respon. 216. interpret.

HIs elapsis Dieb. consului in fauorem vniuersi-
tatis Montis silici, tres sentētias ꝯ cā
latas, utpotè non conformes, nullam mereri execu
tionem. Nūc a me quęritur, an in meritis causę oēs
hmōi sñię ut potè iniustę veniant retractandę. Et prima consi-
deratione visum fuit absoluendum D. de Corberij, reum con-
uentum, a petitis per vniuersitatem agentem possessorio reti-
nendę, & ꝯñr primas duas sñias confirmandas esse rōnib. sub-
sequentib. Primo, quia actore non probante reus est absoluen
dus, ēt si ipse nihil pręstiterit, l. qui accusare, C. de eden. c. ut no
strum, ut ecclesiastica benefic. debuit. n. vniuersitas probare se
fuisse turbatam in sua possessione, & se tpe turbæ & litis cōtest.
possidere, l. 1. §. interdum autem, & §. fi. & ibi Bart. ff. uti possid.
& c. licet causam, de probatio. Non vr̄ aũt uniuersitas probas-
se, ꝙ essent tpe turbę, & litis contestatę in quasi possessione de
pascendi, & ligna scindendi ac terram guastam ad culturam re
ducendi, ergo &c. Nec obst. depositiones testium productorũ
in fauorem vniuersitatis, quia non uidentur probare. licet. n. cō
cludant, ꝙ aliqui particulares temporibus retro actis, terrā gua
stam ad culturam reduxerint, inciderint arbores, & glandes le
gerint, non tñ ex hoc sufficienter probatur, ꝙ uniuersitas sit in
quasi possessione, quia aliud singuli, aliud uniuersi, l. sed si hac,
§. qui manumittitur, ff. de in ius uoc. Debuerunt. n. testes depo-
nere, ꝙ particulares de mandato vniuersitatis, seu eius noīe, ꝑ-
dicta fecerunt, quia per particulares non pōt acquiri possessio
ipsi uniuersitati sine mandato, l. 1. §. fi. ff. de acq. pos. & ibi Bar. et
ita in terminis consuluit Raph. Cuma consi. 158. uisis instrumē
tis. & Cœp. in tract. serui. rust. pręd. sub rub. de seruitu. iuris de-
pascen. & Corn. consi. 148. uiso, ad fi. lib. 1. & consi. 46. in cā uer
tente, lib. 3. & cōsi. 63. etsi in hac, lib. 4. Pręterea plures ex testib.
cōitatis sunt incolę, & habitatores eiusdem, vnde nullam, uel
modicam fidem faciunt in casu isto, in quo de commodo sin-
gulorum agitur ſm Inno. & *cōiter* Canonistas, in c. cum nun-
cius, de testib. Pan. & Fel. in c. insuper eo. tit. Cęp. in d. rub. de ser
uitu. iuris depascen. Rom. consil. 7. uisis Bald. consi. 168. lib. 1. &
consi. 145. lib. 1. per do. Ias. in d. §. qui manumittitur, & alibi sępe.
Tertio non vr̄ probare, qa oēs fere testes deponunt, ꝙ a certo
tpe citra viderunt hoīes, & vniuersitatē ligna scindere, terram
guastā cultiuare, aīalia pascere, & cęt. quę depositio cũ incerta
sit, cumq; de vna die tm̄ ēt post motam litē intelligi possit, nō
concludit, ſm Bar. in l. Celsus, ff. de usucap. cum concor. alleg.
ibi per Taurinenses, & per Felinum, post alios in c. licet causā,
de probatio. Alexan. consi. 110. visis inspectis, ad fi. li. primo, &
in varijs alijs consilijs, quę breuitatis gratia nō refero. Quarto,
quia

quia constare vr̃ ex productis per dom. Lazarum reum, ꝙ tẽpore litis contestatæ, & turbationis ipse dom. Lazarus erat in quasi possessione prohibendi ipsi vniuersitati, & hominibus prędictis faciẽdi, vt patet ex inquisitionibus, & titulis criminalibus exhibitis vsque de anno M.cccexciii.& sic de annis decimoquinto, ante litem contestat. nam per prohibitionem non tantum libertatis, sed etiam seruitutis negatiuæ, vt altius non tollendi, pecora non pascendi, terram guastam non cultiuandi, quasi possessio acquiritur, l. 1. C. de seruitut. & aqua. Quinto accedit confessio plurium ex hominibus dicti loci inquisitorum, qui confessi fuerunt d. Lazarum esse dominum terrę guastæ, & esse in quasi poss. prohibendi quibuscunque, ne glandes colligãt, esseque in possessione locandi pascua, etiam extraneis. Et quod sit dominus terræ guastę, constat ex instr̃is productis tam per vniuersitatem, q̃ per ipsum domi. Lazarum, videlicet ex instrumento transactionis, & ex instrumento cuiusdam concessionis confectæ vsque de anno M cccxiii. Constat etiam eo ipso, quod cõtrarium non probatur, quia erema, & Zerbidę, in dubio ꝑsumitur esse eius, qui est dñs territorii, ſm Pa. de Cast. & Soc. in l. 1. ff. de acqui. pos. & Soc. consi. 127. visis capitulis, li. 1. Cũ itaq; sua quasi possessio prohibendi titulo iustificetur, etiam quod vniuersitas pariter suam quasi possessionẽ probasset, attñ in interdicto retinendę dẽret pręferre reus, qui titulũ suæ possessionis docuit, cap. licet cãm, de prob. traditur per Bar. in l. si duo, ff. uti possid. & maxime, quia in dubiis pro reo iudicandũ est, l. fauorabiliores, ff. de regul. iu. l. Arrianus, ff. de sol. Pręmissis nõ obst. arbitror oẽs tres sententias, vtpote iniquas, retractãdas eẽ Quia liquidissime constat ex ꝓductis, & deductis pro pte vniuersitatis, & hoium ipsos fore, & eẽ in quasi pos. scindẽdi arbores, glãdes legendi, & terrã guastã cultiuandi. Constat etiam de turbatione, & molestia ipsis hominibus per do. Lazarum, & eius curiã factis, ergo fuit pronunciandũ ipsam vniuersitatẽ, & hoĩes fore, & eẽ manutenendos in eorum quasi possel. d. l. 1. § interdictum hoc, ff. uti posside. & d. capitu. licet causam Quod autẽ vniuersitas, & homines sint, & fuerint in quasi possessione, constat plenissime ex depositionibus testiũ, & ex deductis, & productis in processu, & ex confessionib. domi. Lazari. Et ꝙ constet de molestia, & turba ipsis illata per domi. Lazarum, patet luculẽter ex prohibitionib. per eum factis, & ex inquisitionib. formatis per curiã contra dictos homines. Nec debuerunt domini iudices a quib. absoluere domi. Lazarum a petitis, ex eo quod testes non deponant homines Monus Silici de mandato Cõmunitatis ligna incidisse, & cętera alia fecisse, quia respondeo tripliciter.

1 Primo, quod prædicta conclusio, quod † requiratur mandatum Communitatis, procedat quando agitur de acqui. poss. ipsi vniuersitati, & sic plurib. vt vniuersis, secus si agatur de acquirenda pluribus vt singulis, tunc ea actis, & vsu particularium acquiritur omnibus, vt singulis, quia ex tali vsu particularium inducitur consuetudo, per quam omnibus ius acquiritur, l. sedes. ff. de legatis, l. 1. C. quę sit longa consue. vnde si quæratur, an ex vsu, & actis particularium acquiratur possessio nemorũ ipsi vniuersitati, ex eo ꝙ particulares inciderint arbores, vel animalia depasci fecerint in ipsis nemoribus, tanquam in nemoribus Cõmunitatis, vera erit conclusio, quod requiritur mandatũ, vel licentia communitatis. Si vero quęratur, an ea actis, & vsu particularium sit acquisita quasi possessio, seu facultas incidendi arbores in nemoribus alienis, vel reducendi terrã guastam, & similia faciendi oĩbus ut singulis, tunc dicendum est, ꝙ sic, q̃a ex vsu talium particularium inducitur cõsuetudo, ita declarat Alber. de Ros. in l. sicut, §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nom. sic intelligens gl. ibi, quæ isto modo saluatur, & effugit conclonẽ supra scãm. Bñ facit tex. in l. venditor, §. si constat, ff. commun. prędio. vbi valet consuetudo, quod quilibet possit cædere lapides in fundo alterius, & dicit ibi Ange. quod etiam valet talis consuetudo cędendi lapides, & arbores, etiam nullo precio dato, vel soluto, quando subest aliqua rõnabilis causa. Sed quę maior, et iustior potest esse causa, quã necessitas alimentorũ, certe nulla, cum ob eam causam licitum sit non solum reducere terrã guastam ad culturam, sed etiam licitum sit furari, c. cum discipulis, de consecrat. dist. 4. c. si quis propter necessitatem, de fur. Articulatum autem fuit, & probatũ quod propter sterilitatem loci nõ possent habitantes ibidem viuere, nisi terrã guastam cultiuarẽt, & arbores inciderent, ergo & cęt. nam propter necessitatem omnia efficiuntur communia. l. 1. ff. ad legem Rhod. de iact.

2 Secundo respondetur, quod ad † acquirendum per singulos vniuersitati, sufficit scientia Regentium, secundum Cœpollam in trac. seruitu. sub rubr. de seruitutibus iuris depascendi, per textũ in l. municipibus, ff. de condi. & demonstr. iuncta l. qui patitur, ff. man. & idem volunt Are. & Socin. in d. l. 1. §. fina. ff. de acqui. posses. In casu autem nostro constat de scientia syndicorum, vt patet ex processu criminali anno 1493. in quo syndici se opposuerunt proclamationibus, & inquisitionibus pro conseruãdo vsu, & facultate incidendi ligna, & cultiuandi terras, &c. Tertio

3 respondetur, quod vnus solus † de populo vtendo conseruat possessionem ipsi vniuersitati semel acquisitã, secundũ Paulũ de Cast. in d. l. sicut, §. primo. Corneus in consiliis supra alle. in cõtrarium, & Cępol. loco pręallegato, huiusmodi autem posse. seu facultas fuit acquisita vniuersitati, & cuilibet de populo vsque de anno 1314 vt constat ex instrumento producto per do. Lazarum, in quo narratur, quod homines dicti loci sunt in cõsuetudine, & vsu ac libertate scindendi arbores fructiferas, & nõ in quibusque prædiis alicuius, & de ipsis arboribus disponendi pro libito voluntatis, ita in eo narratur, quod homines sunt in vsu, & libertate cultiuandi pascua, & ea ad culturam reducendi, & ibi dñs loci ad petitionem hominũ pro scandalis euitandis inter ipsos homines, qui in scindendis arboribus sæpe altercabãtur, deputauerit quosdam particulares ad diuidendas arbores scindendas, & prohibuit nec terram semel ab aliquo cultiuatã alius arripiat. Ex quo satis liquet, quod iã sunt anni s. ducentum quod homines sunt in dicta consuetudine, & facultate, vñ pro conseruatione dictæ facultatis satis fuisset, ꝙ vnus solus arbores incidisset, & terrã guastã cultiuasset, quanto ergo magis si oẽs inciderũt, & cultiuarũt, vt clarissime testes deponũt? Nõ ẽt dñi iudices debuerunt se fundare, ꝙ testes nõ ꝓbẽt, ea eo ꝙ sint incolę dicti loci, & agatur de eorũ priuato ꝯmodo. Quia rñdeo

4 multis modis. Primo, † ꝙ tredecim, seu quatuordecim testes ꝓducti fuerunt, q non sũt incolę, nec de loco, vñ nihil hẽt obstare, ꝙ aliq sint suspecti ſm Bar in l. 1. §. si quis neget, post glo. ibi, ff. quemadmodum testa. aper. Secundo respondeo, quod multitudo testium tollit omnium defectum, nam quod deficit de fide, supplet numerus, l. tertia, ubi gl. & Iacob. Butri. ff. de test. Imol. in l. qui testã, ff. de testamen. Alexan. consilio 5. & consilio lxxxiii. libro primo. Tertio respõdeo, quod licet testimonia incolarum hoc casu essent aliqualiter suspecta, tamen quia aliorum forensium depositionibus, & ex instrumentis productis coadiuuantur, saltem simul cum aliis plene probant. Dcm̃. n. testis suspecti stabilitur, & reprobatur ex dicto alterius testis integri, l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden. vbi late Bal. & Modernio res, & Paulus de Castro consilio lxxxxi. circa finem. Nec etiã iuridicum est fundamentum, quod tertio loco adductũ fuit, & su-

5 per quo iudices, quibus se maxime fundarunt, quod † testes nõ concludenter probant propter verbum, citra, sine copula, qđ incertam reddit probationem, iuxta Doct. Barto. in d. l. Celsus, quia etiam tripliciter respondetur. Et primo, quod Barto. loquitur quando articulus est formatus per verbum, citra, sine copula, & idem testes testificantur. Secus autem est si articulus sit legitime conceptus, vt in casu isto, in quo articulus ita cantat, qđ dicta vniuersitas, & homines, iam annis decem, viginti, & triginta, & tanto tempore, cuius initii memoria hominũ non est in contrarium, &c. quia tunc si testes dicant, contenta in articulis esse vera, quia a quinquaginta annis, & a suo recordari citra, viderunt articulantes in possessione, vt dicunt complures ex testibus productis, recte deponunt, & concludenter probant, eo q̃a ratio testium ambigua declaratur ex dicto claro, & ab eo suppletur ſm Bart. in l. Labeo, ff. de suppellect. leg. & in l. prima, §. tutor, ff. de authoritate tuto. Panormit. in proęmio Gregorii, & Alex. consilio 3. & consilio xliii. colum. fina. lib. 4. Sunt etiam dicta testium coadiuuanda, non cauillanda, secundum Bal. in l. de quibus, colum. fina. ff. de legi. & secundum subiectam materiam verba sunt accipienda secundũ Ias. in l si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisdare cogan. & in proposito dicit Bal. quod testis qui dixit contenta in articulo esse vera, quia a suo recordari ita vidit, concludenter probat, quia depositio testis non est cauillãda, sed adaptanda ad id, quod testis dixit se scire, ita Bald. in l. 2. in §. nota. C. de tempo. appel. quem sequitur Deci. consil. 40. in cã

6 matrimoniali Secundo respondetur, quod decisio † Barto. in d. l. Celsus, non procedit, quando testis, qui deposuit per verbum, citra, sine copula, adiecit aliud verbum importans temporis cõtinuationem, vt puta, si dixerit a treginta annis citra, & per aliud tempus, tunc probatio concludit, quia dictio, per, perfectionem designat, l. vrbana, § pernoctare, ff. de verborum significatio. ita seipsum declarat Bartol. in dicta l. Celsus, & Felyn. in capit. licet causam, de probatio. Sed ita est in proposito nostro, quia Isnardus, Ianellus, Franci Millonus, Gui Grambaudi, deponunt se vidisse ab annis xxx. xl. citra, & per dicta tempora. Item Ioan. Martini deponit, quod sunt xlviii. anni, quibus semper vidit. Dictio enim, semper, denotat continuationem, glo. in proœ. Instit. in verbo, semper Augustus, & in l. 2. C. de Episcopis, & clericis, & in capitu. primo, de in integrum restitutione. Item Ioan. Rinaroli, Gulielmus, Cnambaudi, & Ludouicus Millonus, deponunt per verbum, citra, cum copula præcedente. Dicit enim se vidisse a triginta annis, & citra, quo casu secundum Bartol. in l. Celsus, recte deponunt, & probatio concludit, quia copula, &, habet in se quandam emphasim, & sensus est, quod initium possessionis fuit iam sunt xxx. anni, & ꝓut hucusque possessio cõtinuata fuit, secundum Barto. per tex. in cap. veniens, de præscrip. & in d. c. licet causam, vbi Fely. post alios, & ita ẽt tradit Ro. decis. 39. Item si possessor. Ale. & Cor. in variis consiliis, quæ omitto,

7 to, quia nullus discrepat. Tertio r̃ñdetur, † ꝙ decisio Bar. in d. l.
Celsus, procedit qñ depositio testis deponentis se uidisse articulã
tem possidere a tempore citra, vlterius non procedit, secus si vl-
terius progrediatur, declarãdo rõnes, & cãs, quia viderit, & qũo
viderit. nam si ex subsequentibus potest discerni, quod loquat̃
de tpe concludenter, tunc resultat etiam concludens probõ, qa
ex præcedentib. & sequentibus declaratur ambigua testis depo-
sitio, l. si seruus, §. fi. & l. qui filiabus, ff. de leg. 1. cum simi. Verũ
si testium depositiones percunctentur, & diligenter inspiciãtur,
apparebit, ꝙ Dñi, qui iudicarunt, non perlegerunt ipsorum te-
stium dicta, qa omnes assignant cãs, & modum, ac formã, qũo,
cur, & qñ viderint, ex quib. rõnib. & modis expressis constat li-
quidissime, ꝙ loquuntur de tpe, & de possessione, seu quasi, añ
litẽ motam, nam ex rõnib. & modis expressis clarificatur dispo-
sitio, restringiturq; ac ampliatur, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de
le. 2. Dñt. n. plures ex testib. se scire contenta in articulo esse ve-
ra, qa sunt 30. vel 51. anni vel circa, ꝙ ipsi trib. annis, vel vndecim,
uel uno, motam trahebant in dicto loco, & tunc uiderunt ar-
bores incidi, terrãguastã cultiuari authoritate propria, & ipsi-
met coltiuauerunt, & inciderunt. Vnde non possum non mira-
ri, quod iudices dixerint hanc probationem non concludere, tã-
q̃ possit itelligi de uno die post litem motam, cum ex lectura de
positionum appareat manifeste, ꝙ loquuntur de tempore an-
norum trigin. vel uigin. prçteritorum. Et si dixeris, quod tales te
stes non concludunt, quod uniuersitas, & homines possiderent
tempore turbationis, & litis conte. Respondeo, imo concludũt
8 prçsumptiue, quod sufficit, nam qui † olim possedit, p̃sumitur
hodie possidere, nisi per negantes contrarium ostendat, l. siue
possidetis, C. de prob. & tradit late Pan. post alios in c. ꝙ ad se-
dem, de rest. spol. Præterea si legantur dcã, uidebit lector, ꝙ etiã
ꝓbant continuationẽ, ad q̃ lecturam me remitto, quia essem ni-
mis ꝓlixus, si singula uerba testium uellem glossare. Nec ob. ꝙ
quarto loco dicebant, ꝙ ex inquisitionibus, & titulis criminali-
bus, constat, ꝙ d. Lazarus usq; 1493. in possessione seu quasi, ꝓ-
hibendi suis usum glandiũ, arborũ, & terrç guastæ. Quia uideo,
9 ꝙ † quasi possessio prohibendi nõ ex sola prohibitõne acqrit̃,
sed sequitur, ꝙ prohibitus acquieuerit prohibitõni sibi factæ,
☞ fm gl. cõiter approbatam, in l. qui luminib. ff. de ser. urb. p̃d. ca. si-
gnificante, de appe. vbi Pan. in c. cum ecclesia Sutrina, & ibi ego
ẽt istud firmaui, de causa pos. & prop. Cõstat autẽ, ꝙ syndici, &
homines non acquieuerunt, neq. ꝯsenserunt, vt apparet ex a-
ctis, & seipsa, ergo &c. Quinimo si inquisiti, q inquisitionib. ꝯdi
xerunt, post inqsitionem destitissent simplr a cultiuando, & inci
dendo, non ꝓpea ex talib. prohibitionib. diceret̃ acquisita quasi
possessio prohibendi do. Lazaro, qa obedientia in non facĩẽdo
non dat possessionem obedientiç prohibẽti, fm Inn. in c. olim,
de rest. spo. per illũ tex. qa obedientia in non faciẽdo põt multi
plici intentione fieri qñq; ex cautela, qñq ex otio, qñq. ex reuerẽ
tia, & sic quia actus negatiuus in non faciendo consistens, multi
plr intellr, eius veritas ignoratur, fm Bart. Et quia sumus in du-
bio, non p̃sumitur non faciẽs ꝯsentire, sed potius dissentire, nã
in p̃iudicialib. actus indifferens reputatur ꝓ dissensu, l. q vas, ff. ve
tare. ff. de fur. ita dicit Bal. i l. liberti, §. liberteq. C. de ope. li. & in
Lopera, C. qui accu. non pos. Corroborat̃ p̃missa r̃nsio, quia ad
hoc, vt ex actu acqrat̃ quasi possessio, necesse ẽ, ꝙ actus (quo me
diãte qs asserit se acqsiuisse quasi possessionẽ) sortitus fuerit suũ
debitũ effectũ, alias ex eo nulla p̃t dici acquisita quasi possessio
vñ ex plurib. p̃sentationib. & electionib. nõ ꝓbat̃ quasi possessio
p̃sitandi, vel eligẽdi, nisi ꝓbetur, ꝙ illæ p̃ntationes, & elect. sorti-
tæ fuerint suum debitũ effectũ, nisi probetur, ꝙ p̃ntatus, & ele-
ctus fuerit institutus, & confirmatus, fm Inn. in c. dilectus, in gl.
mag. de preben. Old. consil. 310. thema tale est. Imo non sufficit
etiam probare institutionem, & confirmationem electionis
prçsentationis, nisi etiam probetur quod electus, & prçsenta-
tus fuerunt adepti possessionem, secundum Calderinum consi
lio xii. sub rub. de iurepa. Dec. consil. 117. & consi. 124. cum si.
Ita in proposito dicendum vr̃, ꝙ ex inquisitionib. non acquira-
tur quasi possessio prohibendi, nisi probetur, ꝙ tales inqsitio-
nes sortitæ fuerint effectũ, nisi fuerint, per sniam cõualidatæ, &
snia transiuerit in rem iud. & virtute illius sniæ homines de-
stiterint ab vsu, & consuetudine incidendi arbores. & cultiuan-
di terram guastam. Non deniq. obstat, ꝙ inqsiti confessi fuerint
d. Lazarũ eẽ dñm terrç guastç, qa talis confessio intelligenda ẽ
quantum ad iurisdictionẽ, cuius respectu est dñs totius territo-
rij, l. pupillus, §. territoriũ, ff. de ver. sig. & ita dicit Bar. de Impera
tore in ꝓœ. stor. & in l. 1. §. per hanc, ff. de rei ven. Secundo r̃ñ-
10 deo, ꝙ † stat simul, ꝙ do. Lazarus, sit dñs terrç guastç, & ꝗ ho-
mines sunt in quasi possessione, vsu, & consuetudine reducendi
illam terrã ad culturã, & in quasi possessione incidendi arbores,
quia potest dñs directo, & alius, ut nota. in l. 2. §. ex pluribus, ff.
de acqui. pos. non dñi, qui reduxerunt ad culturam terram gua-
stam, alienauerint do. Lazu. ꝯtr laudemium, & terrozenum, vt
dicitur in instr̃o per eum producto, & hoc modo dñs remanet.
Et ꝙ duo simul vera esse possint, vt probatur, qa (vt s. dixi) va-
let consuetudo, ꝙ quilibet possit incidere ligna, & arbores in
nemore alicuius dñi, prout ẽt tenet Alb. de Ros. in l. nam salua
est, ver. quærit Iacobus, si quidã rustici hñt seruitutẽ taliandi li
gna, ff. quemad seruit. amit. & ẽt firmat Raph. Cõ. consi. 158. vi-
sis instr. col. fi. Silr valere consuetudo, ꝙ quilibet possit occupa-
re agrũ desertum, & incultũ, l. q agros, C. de omni agro deser. li.
11. Præterea de dominio nunc non agitur, sed de quasi pos. seu
interdicto possessorio. Nihil ẽt facit ꝙ dom. Lazarus sit in qua
si pos. locandi glandagium extraneis, quia esto ꝙ sit, nihil repu
gnat, quin ẽt homines possint vti glandagio, & conuertere ter
ram guastam in culturam pro eorum necessitatib. nã seruitus
depascendi, & arbores incidendi potest cõpetere plurib. qñ suf
ficit pro oĩb. l. 2. ff. de seruit. rusti. præd. l. Lucio, ff. de aqua quoti.
& æstiua. & ita tenet Cœp. in tractatu serui. rusti. sub rub. de mõ
tibus, & faciunt quæ scribit Bar. in l. quominus, ff. de flumi. in v.
q. & ibi late Ias. Ex quib. apparet, ꝙ adducta pro do. Lazaro nõ
eneruant intentionem, neq; probationem dictæ vniuersitatis,
& hominum. Sed posito vero pro falso, ꝙ testes producti pro
parte vniuersitatis, & hominum, non concluderent, neq; ꝓba-
rent, nõ tamen debuerunt iudices ita absolute absoluere dñm
Lazarum a petitis. Quia ex adductis, productis, & confessatis p
do. Lazarum in multis fundata iustificataq; fuit, & est intentio
ipsorum agentiũ. In primis ex testib. receptis super loco, & ꝓ-
ductis per d. Lazarũ, constat, ꝙ a xl. annis citra, & ultra, arbores
scindebantur, & terra guasta coltiuabatur per dictos hoĩes, dñt.
n. concorditer omnes, ꝙ a x. annis augmentata est depopulatio
nemorum cã agriculturæ de duab. patib. plusq essei antea per
annos 30. ergo ante x. annos, & ab annis 30. nemora erãt depo
pulata cã agriculturæ pro una tertia, quia augmentum duarũ
pretium præsupponit depopulationem pro vna tertia, cũ non
detur ternarius numerus, nisi presupponatur principiũ nume-
ri, §. tripli. Inst. de act. neq; dari põt augmẽtũ, nisi p̃supponat̃ ali-
qd, ꝙ augmentũ recipiat, l. ẽt, C. de iur. dot. l. qd̃ in terũ, §. si quis
post, ff. de leg. 1. cum si. & ꝯhos testes, & eorum dicta nihil põt
d. Lazarus opponere, quia eos produxit, & producendo censet̃
confiteri omnia eorum dicta esse uera, fm Bar. in l. post legatũ
ff. de his, quib. vt ind. & testimonia horum uisitatorũ compro-
bãtur ex instr̃o ẽt producto per ipsum d. Lazarum, & de quo s.
11 habita mentio fuit. Insuper † ex propria confessione ipsius do.
Lazari, q̃ est oĩum probõnum superlatiua, c. per tuas, de prob.
l. gñalr, C. de non nu. pe. saltem constat, ꝙ ipsi hoĩes sunt in qua
si possessione scindendi arbores ignis faciendi cã, & construen
darum domuum, & uasorum gratia. ita. n. cõfitetur do. Lazarus
r̃ñdendo positionibus. Concludendum ergo restat, omnes has
sententias ut iniquas fuisse & esse retractandas, & irritandas.

E P I T O M E.

Et si filij de qb. primo loco quçstio est, ex matrimonio cum cõsanguinea vel affine ꝯtcto, nati sunt, ac idcirco incestuosi, & per ꝯñs in successibiles dicant̃, tñ cũ ex illo ignoräter ꝯtcto, atq; hac rõne in figura matrimonij nati sint, cũ in quasi possessione lĩtimationis sint, cum non de matrimonij fçdere, sed de iure ac ptãte succedendi agatur, cum hic nepotibus, cũ qb. agitur, non agatur, sed conueniantur, nec actor parẽtum scientiam probet, cum ẽt cv. annis matrimoniũ illud hanc controuersiam prçcesserit, dubium non est eos lĩtimos fuisse satis probati. Cæterum hac subõne, de qua secundo loco quçritur, substituo proximiorem domus de Castro nouo, cum testator ad factum, non ad ius se referat, spurij quoq; cõtinentur. Ad hçc spurium quoq; patris naturalis hçreditatem xx. aut ad summum 30. ann. iusto errore se legitimum credens, aduersus fiscum prçscripsisse constat.

S U M M A R I V M.

1 *Nati ex matrimonio cum consanguinea vel affine, per ignorantiam contracto sunt legitimi, ut quouis modo succedere possint.*
2 *Legitimationis quasi possessio transfert onus probandi contrarium in aduersarium.*
3 *Agens, non is qui conuenitur probare debet.*
4 *Matrimonium præsumptiue probare sufficit, quando nõ principaliter, sed in consequentiam, uel legitimationis causa de eo agitur.*
5 *Temporis diuturnitas priuilegium, & dispensatio papa inducit.*
6 *Spurij de eadem domo, secundum communem usum loquendi, qui propriæ significationi prçfertur, dicuntur.*
7 *Præscribitur regulariter contra fiscum uiginti annis, aut ad summum triginta.*

Respon. 217. interpreta.

Circa illam dubitationem, vtrũ filij Põtij, q ꝯtxit mrĩmoniũ cũ d. Antonetta eius consanguinea in ꝓhibito gradu absq; vlla dispensatione, de qua appareat possint dici legitimi, attento ꝙ semper do. Pontius, & Antonetta fuerunt habiti, tenti, & reputati pro ueris ꝯiugib. &
atten-

attento, ꝙ iam labũtur anni 105. ꝙ huiuſmodi matrimonium
fuit ꝯtũm, & diu eſt, ꝙ tam ipſi coniuges quam eorũ filij mor
tui ſunt. Vr̃ prima facie r̃ndendum, ꝙ ſunt inceſtuoſi, & ꝯñr in
ſucceſſibiles, authẽ. ex complexu, C. de inceſt. nup. immo vr̃, ꝙ
bona horum dominorum coniugum ſint fiſco applicata, auc.
inceſtas, & in corpore vnde ſumitur, C. de ince. nup. Nec obſt.
vr̃, ſi dicatur, ꝙ dicti coniuges errore ducti ꝯxerunt, quo caſu
ceſſat pœna confiſcationis, & filij nati ex tali matrimonio pu-
tatiuo dicuntur legitimi, l. qui ꝯ, vbi gl. Bal. Sal. & alij no. C. eo.
tit. immo quantum ad legitimationem prolis ſufficit error, vel
ignorantia alterius, c. ex tenore, qui filij ſint legiti. Quia illud
conceditur, ſed reſpondetur, ꝙ hi qui allegant errorẽ, vel igno
rantiam, illam probare tenentur, vt in terminis vr̃ firmare Dec.
conſi. 154. caſus, de quo quæritur. Sed prædictis non obſt. con
2 trarium verius eſſe reſpondemus. Quia † nati ex matrimonio
ignoranter cum conſanguinea, vel affine contracto, dñs & sũe
legitimi. c. ex tenore, & c. 2. qui filij ſint legitimi, quia debẽtur
nati in figura matrimonij, ſm̃ Io. And. in add. Spec. tit. de ſponſ.
impu. & Old. conſi. 256. Clemens Epiſcopus, In fi. Pan. in d. ca.
ex tenore, & in c. fi. de clandeſtina deſpon. Ideo ſuccedunt pa-
rentib. iam ab inteſt. quã ex teſtõ, vt in iurib. præall. firmãt glo.
& Legiſtæ in l. qui ꝯ. & Bart. in l. qui, ff. de ſtatu hominum, &
Dy. in conſi. 6. incip. ex teſtõ. Et dicit Bal. in c. 1. §. naturales, ſi de
feu. contr. ſuc. inter do. & agna. vaſa. ꝙ filij nati ex matrimonio
putatiuo ſuccedunt ẽt in feud. & ita conſuluit Benedictus Ca-
pra conſi. 116. inc. punctus fuit. Et ſi ſuccedunt parentib. multo
magis alijs conſanguineis & extraneis. & ideo admittuntur ad
fideic. ſi fuerint ſubſtituti, & caſus ſubſtõnis euenerit, etiam ꝙ
ſubſtitutio ſolum vocet filios legitimos & naturales, & de legi-
timo matrimonio procreatos, vt abundè probat Dec. cõſ. 153.
in effectu quæritur, per totum. Non obſt. dum dr̃, ꝙ iſta vera
ſunt, ſi probetur ignorantia, vel error. Quia r̃ndetur aĩaduerten
3 dum eſſe, vtrum filij fuerint, & ſint † in quaſi poſſeſſione legi
timationis, vt quia habiti ſemper fuerint pro filijs legitimis, &
naturalib. & parentes eorum ſemper habiti fuerint in uita eo-
rum pro veris, & legitimis coniugib. & tunc is. qui agit contra
filios proponendo nullitatem matrimonij, & illegitimitatẽ ip
ſorum filiorum, dẽt probare ſcientiam, quia pp quaſi poſſeſ. et
famam, præſumitur ignorantia. Ita ſignanter determinat Pan.
in c. peruenit, qui filij ſint legiti. & Gemin. ſummus Canoniſta
conſi. 66. pro declaratione, in 3. dub. facit c. p̃ſumitur ignorãtia
de reg. iur. lib. 6 Nec obſt. conſi. Decij 154. quia in caſu Decij ꝯ-
iuges. qui allegabant ꝯxiſſe ignoranter, erant actores petentes
ſecum diſpenſari, quia ꝯxerunt per ignorantiam. Vnde ipſi ha
bebant iuſtificare ſuas preces, ſm̃ Io. And. in c. 1. de litig. li 6. &
traditur in c. ſuper literis, de reſcr. at in caſu noſtro nepotes di-
3 cti quondam Pontij † non agunt, ſed conueniuntur. Vnde agẽ
tib. incumbit onus probandi ſcientiam, l. ei qui, ff. de proba. l.
actor, C. eo. tit. ita diſtinguit Pan. in d. cap. peruenit. Item in caſu
4 Decij, & ſimiliter in caſu Old. conſi. 256. † principaliter age-
batur de fœdere matrimonij inter ꝯtrahentes, ſed fundantes in
ignorantia, & aduerſarios negantes, ſed in caſu noſtro in quo
dicti Pontius, & Antonetta coniuges, iam a longiſſimo tẽpore
deceſſerunt, ſolũ agitur de hæredib. Iac. & Io. vltimi, & in con
ſequentiam de legitimatione filiorum, quo caſu nõ requiritur
tã exacta probatio, prout requiritur, qñ agitur de fœdere ma-
trimonij, c. cauſam, quæ, qui filij ſint legitimi, vbi ad probandũ
ſuos eſſe legitimos, ſufficit probare cohabitationem parẽtum,
& ſic matrimonium præſumptiuè, quæ ſola cohabitatio non
ſufficit ad probãdum matrimonium, qñ principaliter de eo agi
tur, c. illud, de præſump. Nam quantum ad finem legitimitatis
filiorum, quælibet probatio, per quam matrimonium præſum
ptiue probatur, ſufficiens eſt, & idonea, ſm̃ Gem. conſi. 27. ſu-
per dubijs. Hinc eſt, ꝙ colorata opi. & quaſi poſſ. maritalis, pro
bat filios eſſe legitimos, excluſa proprietate matrimonij, ſecun
dũ Ant. in c. 2 in 5 nota, qui filij ſint legitimi. Hinc eſt, ꝙ clan-
deſtine ꝯhentes matrimonium, præſumũtur in dubio ueri con
iuges quantum ad hunc effectum, ꝙ filij dicantur legitimi, ſm̃
☞ Pan. & alios cõiter, in c. lator. qui filij ſint legitimi. Hinc eſt, ꝙ ꝯ-
feſſio coniugum plene probat matrimonium, quãtum ad effe
ctum ut filij dicantur legitimi, niſi agatur de præiudicio alte-
rius matrimonij, c. 2. de clandeſtina deſpon. & ibi Panor. & alij
notant. & idem firmat Pan. in c. ſuper eo, de eo, qui cogno. con
ſan. uxo. ſuæ, Cum igitur hic non agatur de fœdere alicuius ma
trimonij, ſed ſolum de effectu legitimitatis filiorum, & cum ip
ſi ſint rei, concludendũ eſt ex ſola figura matrimonij, & quaſi
poſſeſſione filiationis probari eos eſſe legitimos, niſi actores
probent ꝙ dom. Pontius, & Antonetta ſcientes prohibitionẽ,
contraxiſſent. Sed & ubi probaretur ſcientia, adhuc ſm̃ ea, q̃
proponuntur, nobis vr̃ filios fuiſſe legitimos, quia ex curſu tẽ-
poris immemorabilis, quo prædicti coniuges & eorũ filij fue-
runt ſemper vſque ad eorum mortem in quaſi poſſeſſione ma
trimonij, & legitimæ filiationis, ac vſque nunc habiti, tenti,
& reputati pro ueris, & legitimis coniugibus, & ueris & legi-
timis ꝯjs præſumitur cum eis diſpenſatum per do. noſtrum Pa-
pam, vel alium ad id p̃tãtem habentem, c. noſcitur, & c. cum
apoſtolica, de his, quæ fiunt a ma. par. cap. & ꝙ ex diuturnitate
5 † tanti tpis, cuius initij memoria non reperiatur, præſumatur
priuilegium, & diſpẽſatio Papæ, vult Bar. in d. l. cum de in rem
verſo, ff. de viur. Pan. in c. peruenit, de cẽſi. Hinc dixit Io. And. in
reg. qui ꝯ. in fi. in merc. ꝙ ex longiſſima quaſi poſſeſſione dua-
rum eccleſiarum, ſimul præſumitur vnio facta a Papa, licet alias
ex nullo curſu tpis induci poſſit vnio eccleſiarum ſm̃ Hoſt. in
Summa, de ſuppl. negl. præl. & hoc voluit Old. conſi. 296. de in
re do. Sic laici, qui longiſſimo tpe tenerunt, & ſunt in quaſi poſ-
ſeſſione, præſumuntur habuiſſe priuilegium a Papa poſſidendi
decimas, quę ſine diſpenſatione Papę non poſſunt a laici poſſi-
deri, c. cauſam, de præſcr. vt firmant Doc. ibi, & Raph. Cu. con-
ſil. 83. quia cauſa decimalis, & Raph. Fulg. conſi. 166. in quæſtio
ne, quæ vertitur. Alex. conſi. 6. in 1. vol. Similiter ex diuturnitate
tpis, de quo non hr̃ memoria, præſumitur Papæ confirmatio
neceſſaria ad actum, vt pulchre probat Dec. conſi. 152. in cauſa
exemptionis, & ad propoſitum faciunt, quę ſcribit Fel. in cap.
cum ex officij de pręſcri. & in c. ſicut, de re iud. Et pręedicta abſ-
que dubio procedunt, ſi probatur fama ipſius diſpenſationis,
ſm̃ Imo. & Card. in d. c. cum apoſtolica Fel. in d. c. cauſam. Ca-
p. l. Tholoſ. deciſi. 339 Ad ſm̃ poſito ꝙ filij de Pontij eſſent in-
ceſtuoſi, quod conſtat eſſet falſum per prædicta, videretur ꝙ d.
Pet. & cæteri deſcendentes ex dño Triſtando filio D. Pontij,
quamuis ex legitimo matrimonio nati, non poſſint dici de do
mo Caſtri noui, quia ipſe D. Triſtandus vt inceſtuoſus, nõ dr̃ de
domo, capiendo domum, pro agnatione, prout capi vr̃ in ſub-
ſtitutionibus prædictis, l. pronunciatio, in fi. ff. de verb. ſig. Inſt.
de legi. agna. ſucceſ. §. vulgo quæſiti, & firmat Bart. in l. tutelas,
ff. de ca. domin. & Bald. in l. libera, C. de ſuis & leg. ergo nec ẽt
deſcendentes ex ipſo do. Triſtando, quamuis nati ex legitimo
matrimonio, tanquam ex infecto naſcendi principio, & ex infe
cta radice procedant, l. fi. C. de natur. liber. & ita in terminis r̃n-
det Pet. de Anch. conſi. 389. viſis diligenter, & Bald. l. fi. C. de
verb. ſig. & conſi. 200. ad euidentiam, col. fi. lib 4 Dec. conſi. 85.
col. fi. Prædictis non attentis, ꝯtrium verius exiſtimamus, tum
6 quia † ſm̃ communem vſum loquendi, qui præfertur proprię
ſignificationi, l. Labeo, ff. de ſuppelle. l. liberorum, §. quod in
Caſſius, ff. de leg. 3. ſpurij debentur de eadem domo, & familia
☞ patris, ſm̃ Bart. & alios cõiter in d. l. fi. C. de verb. ſig. Ang. in l.
ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. obl. Fel. in proœ. Gre-
goria. tum quia teſtator, qui ſubſtituit proximiorem domus de
Caſt. nouo, ſe refert ad factum, non ad ius, i. ad eos, qui de facto
dñr de domo Caſtri noui, quo caſu etiam ſpurij dñr de domo,
l. 1. C. ſi quacunque pred. po. per quæ duo fundamenta ita r̃ndet
Bald. conſi. 441. ad euidentiam, lib. 3. Et poſito, ꝙ D. Pet. non di-
ceretur natus ex legitimis parentibus, quod ex ſupra dictis con-
ſtat eſſe falſum, tñ negari non poteſt, quin tam ipſe ex perſona
ſua, quã ſuorum anteceſſorum, præſcripſerit hæreditatem, &
7 bona dictorum ſuorum parentum. maximè † ꝯ fiſcum, ꝯ quem
præſcripſerit regulariter ſpacio viginti annorum, aut ad ſum-
mum 30. etiam ꝙ nondum facta fuerit denunciatio, l. in omni
bus, ff. de diuerſis & tempora. præſcri. & ibi Bart. & alij cõiter
traditur per Pan. & Fel. in c. cum nobis, de pręſcri. Nam & ſpu-
rius ſpatio 30. annorum pręſcribit hæreditatem patris, & ius ex
cipiendi ꝯ quoſcunque, ſm̃ Bald. in l. nullo, C. de rei vend. pręe-
ſertim quando iuſto errore credebat ſe legitimum, vt in caſu
noſtro, ſm̃ Pau. de Caſt. conſi. 217. ſuper primo. & Soc. conſil.
251. vol. 2. & Balb. in tract. pręſcrip. in 4 parte. quar. par. principa
lis, quæſtione 18. in fi. ergo multo magis præſcribere poſſunt
legitime deſcendentes ab ipſo ſpurio, arg. l. fi. C. de natu. liber.
quæ omnia indubitanter procedunt in præſcriptione tempo-
ris immemorabilis, quod habet vim tituli, l. hoc more, §. du-
ctus aquę, ff. de aqua quotid. & æſti.

EPITOME.

Recipienda Eſt lex, quæ aſcendentibus, non etiam
deſcendentibus legitimam aufert, quia
iſtis naturali, illis poſitiuo iure debetur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit priuare deſcendentes legitima. 3.*
2 *Statutum poteſt priuare aſcendentes legitima.*

Reſpon. 218. Interpreta.

SVper Pręmiſſo dubio, an per ſtatutum Montis Baru-
tij mater potuerit priuari legitima in totum,
quia pręſtantiſſimi Domini hincinde allegantes addu-
xerunt varias Doctorum ſententias, & plurima conſilia,
quę inuicem videntur aduerſari, quid ergo ſentiam, paucis
aperiam. Dico igitur hincinde allegata poſſe ſic concordari. Aut
quæritur de legitima debita deſcendentibus & quia talis legiti-
1 ma debetur † iure naturali, ſtatutum non poteſt in totum pri-
uare legitima eis debita. ita procedit op in. Bart. in l. Titio cen-
tum, §.

tum,§.Titio genero,de condi,& demon.authoritates & consi-
lia allegata pro hac parte, ita sunt intelligenda,& ita etiam lo-
quitur Rot.deci.18.in antiquis, & Soc.consi.6 in prin.& consi.
30.l.1.Aut quæritur de legitima debita ascendentibus,& sic ma
2 tri,quia illis legitima debetur † de iure positiuo, sm Bald. in l.
1.§.ius naturale,ff.de iusti.& iur.statutum potest priuare ascen-
dentes legitima eis debita in totum , sm Alex. consi. 68. lib.4.
vbi attestatur hanc esse *communem* Doctorum sententiam , vt
etiam consuluit Ludo.Ro.consi. 31. visa municipali constitu-
tione, in vlt.dub. Non omitto,q Dec.consi.219.audacter affir-
3 mat,q statutum † potest tollere legitimam in totum,etiam de-
scendentibus,& dicit hanc esse communem sententiam.Quod
si verum esset, a fortiori posset auferri legitima ascendentibus
in totum. Sed hoc vltimum non facile puto defendi posse.

EPITOME.

Duo hæc Respondeo continenter. Alterum sententiã
iudicis ad quẽ, qui cum de uno appellatum
esset,de alio pronunciauit,esse prorsus nullam, & veluti ab in-
competenti latam; alterũ cũ hæredis,qui se mitti in possessio-
nem bonorum ex beneficio l.fi.C,de edi.diui Adr,tollen. pete-
ret, legitimum esse contradictorem, nec repellendum , quem
quamquam alioquin non legitimum,tamen iudex admisisset.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis a quo,sententia est nulla,qui cum de fructuum quadam sequestra*
tione appellatum esset, de principali negotio pronunciauit.

2 *Facta multa tenent, quæ nondum facta impediri possent.*

3 *Contradictorem,in casu l. fi.C.de edi.diui Adri.tol. sufficit uacantem cum*
titulo occupasse possessionem.

Respon.a 19. interpreta.

PRiusquam Discutiatur , an Matthæus debeat
admitti ad contradicendum hæ-
redi petenti se mitti in possessionem bonorum defun
cti ex beneficio l. fin. C.de edi.diui Adri.tollen. viden-
dum est , an sententia lata contra ipsum Matthæum subsistat
viribus? Et mihi videtur dicendum, q sit nulla , quia lata per
iudicem incompetentem , nam in facto præsupponitur primũ
iudicem per modũ prouisionis,& donec esset inter partes con-
clusum, ordinasse, quod præfatus Matthæus non turbaretur in
possessione & perceptione fructuũ,adimpleta tamẽ oblatione
per ipsum facta,Matthæus adimplet oblationem,& promittit
restituere fructus illi, seu illis,cui vel quibus fuerint adiudicati
per dominum Locumtenentem,seu alium iudicẽ,& pro præ-
1 dictis adimplendis dat fideiussorem, & † sic apparet iudicẽ re-
posuisse fructus in sequestrum,seu custodiam, donec lis & ne-
gocium decidatur,iuxta ea quæ habẽtur in c.1.de sequestratio.
possessio,& fructuum,& per Bar.in l.interesse,ff. de acq. poss.
ab ista ordinatione fuit appellatum , iudex ad quem pronūcia-
uit super negocio principali,& sic super re, de qua nõ habebat
cognitionem,quo casu sententia non ualet,l.1. C.si a nõ com
pet.iud.& prima sentẽtia remanet firma propter lapsum tem-
poris,l.si intra maiorem,C.de appellat.auct. ei qui,C. de temp.
appellatio. Quod autem Matthæus debet admitti ad contradi-
cendum hæredi petenti se mitti in possessionem ex beneficio
d.l.fi.non uidetur dubitandum,nam remedium dictæ l.fin.est
adipiscendæ,& in remediis adipiscendæ,quilibet admittitur ad
contradicendum,& docendum de iure suo,si est paratus pro-
bare incontinenti,vt vult gl.& Bar.in l.fi.C.quorum bon. glo.
Bart. & Ias.in l.1. C.de edic.di. Adr.tol.quando autem dicatur
quis probare incontinenti , stat in arbitrio iudicis, ubi non est
a iure determinatum,glo. in c. an sit,in uerbo,incontinẽti,ubi
Pan.extra de app. Pan.in c.ueniens,extra de test. iudex autem
arbitratus est,nam assignauit terminum ad probandum,intra
quem fuit plene probatum per ipsum Matthæum,& doctum
de bono iure suo,per quam assignationem termini, & admis-
sionem ad probandum iudex tacite reiecit exceptiones hære-
dis,& declarauit ipsum Matthæum legitimum contradictorẽ,
iuxta no. per Bart.in l.ex procedente.C. de dila.quæ admissio
est tantæ efficaciæ, q dictus Matthæus nõ potest amplius reiici
a contradicendo, posito q ab initio non esset legitimus con-
2 tradictor.nam † multa facta tenent,quæ fienda impedirentur,
l.patre furioso,ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur. ubi Ias. ponit
multa similia,prout in statuto disponente,q ꝯ instrumentum
non possit probari per testes:tamen si aliquis fuit admissus ad
probãdum,ualet probatio,ut per Fel.in c. inter monasterium,
ext.de re iud. ubi ponit multa similia. Et ex his tollitur vnum,
3 super quo aduersantes se maxime fundant,dum dicunt,† q ha
bens titulum a defuncto,non est legitimus contradictor, nisi
etiam possideat,quia cum fuerit admissus,& probauerit inten
tionem suam,debet obtinere.Secundo respõdetur,q ipse Mat
thæus possidet,& se possidere usque à principio proposuit,q
sufficit . Et si dicatur, q non habuit possessionem a defuncto .
Respondetur,q sufficit uacantem cum titulo occupasse,secun
dum Bal,in d.l.fi.in 5.q.Bar.in l.cum solus,ad fin.ff.de usucap.
Rom.consi.312. in c.circa propositam,in princ. & Dec. post
Alex.in l.fi. uer.nisi dicamus . ex quibus uidetur bene appella-
tum,& de nullitate dictum, &c. Laus Deo.

FINIS.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE,

A SANCTO NAZARIO PAPIENSIS.

In Primum Decretalium Librum Commentaria.

Quibus quid nuper accesserit, quod hactenus in cæteris prioribus editionibus desiderabatur, facilè studioso lectori patebit, si maximam diligentiam tùm in conferendis his nostris cum vetustissimis codicibus, tùm vel maximè in castigandis grauissimis erroribus, quibus singulæ scatebant pagellæ, nunc adhibitam perpendat.

Communes item Doctorum sententiæ ab Authore passim citatæ non inutiliter curauimus, ut sub uaria literarum figura cum hac nota ☞ demonstrentur.



VENETIIS, MDCII

ANNOTATIO RVBRICARVM & Capitulorum, quæ in primo Libro Decretalium continentur.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO IVRISCONSVLTI PRAESTANTISSIMI,

In Primum Decretalium Librum perpolita Commentaria.

Nunc postremò solerti cura, arctiorique diligentia quàm hactenus vnquam factum sit, diligenter recognita, & repurgata.

SVMMARIVM.

1 IVS scriptum, certius est, & nobilius iure non scripto.
2 Scientia Trinitatis, & fidei, est necessaria, & præambula ad reliquas capescendas.
3 Ius scriptum de Deo, ratione subiecti est dignius alio iure.
4 Lex, est constitutio populi Romani.
5 Lex scripta, & consuetudo, an sint paris potentia.
6 Constitutio quid sit.
7 Constitutio in quo differat a lege.
8 Iura loquentia de Imperatore, habent locum in Regibus, & alijs non recognoscentibus superiorem.
9 Diffinitio quid sit.
10 Constitutio, est nomen generale, ad omne ius scriptum.
11 In materia odiosa, uerba possunt sumi ut genus, & species, sed semper intelligenda sunt ut species.
12 Constitutio, unde dicatur.
13 Exceptio doli, obstat cõtra legem, vel statutum, in odium aliquorum particularium editum.
14 Papa, an absque collegio Cardinalium, & Imperator absque consilio procerum, legem condere possint.
15 Solus dictio, non excludit socios.
16 Papa non debet uti plenitudine potestatis, nisi ad remouenda scandala.
17 Necessitas, quot modis sumatur.
18 Ecclesia Romana constituitur ex omnibus Christi fidelibus.
19 Ad essentiam cuiuslibet collegii, requiritur unum caput.
20 In iuribus limitatoriis, ex identitate rationis idem ius statuitur, sicut in his, quæ statuunt.
21 Papa, & Imperator, in quibus casibus nihil possunt statuere de nouo.
22 Constitutio, in quo differat a canone, decreto decretali, & similibus.
23 Canon Græcè, dicitur Latinè regula.
24 Canonicarius quis.
25 Canonica institutio, uel electio, quot modis dicatur.
26 Canonicus, quare dicatur.
27 Canonis appellatione, in materia fauorabili etiam comprehenditur sinodalis constitutio.
28 Canon, quot modis capi possit.
29 Canon, an recte possit denotare legem ciuilem.
30 Decretum, quid sit.
31 Decretalis epistola, quæ dicatur.
32 Sanctio quæ dicatur.
33 Pragmatica sanctio, quæ dicatur.
34 Pragmatici uiri, qui dicantur.
35 Annotatio, quid sit.
36 Dogma, quid sit.
37 Interdictum, quid sit.
38 Mandatum, quid sit.
39 Scriptura an sit de substantia legis, seu constitutionis.
40 Lex unde dicatur.
41 Argumentum de specie ad genus, non ualet.
42 Leges duodecim tabularum transmissæ fuerunt a Græcis ad Romanos.
43 Lex an liget, & quos, si non sit scripta.
44 Sententia ad hoc ut ualeat, requiritur solemnitas scripturæ.
45 Iudex non potest ferre sententiam absque scriptura.
46 Statutorum uolumen, si perderetur, posset tenor probari per testes.
47 Lex obligat habentes notitiam.
48 Excommunicatio non ligat, nisi lata sit in scriptis.
49 Papa solo verbo creat Episcopos & Abbates.
50 Gratia non expirat, papa mortuo, ante confectas literas.
51 Gratia per testes probari non potest.
52 Gratia concessa secundum ius, per testes probari potest.
53 Gratia casu amissa, per testes probari potest.
54 Constitutionum editio, an si necessaria.
55 Conscientia sine scientia, insipienda est, & scientia sine conscientia diabolica.

De Constitutionibus, Rubrica.

COntinuatur ad præcedenna, & simul subordinatur ad sequentia per Goffre. Hostien. Panormita. & alios communiter hoc ordine. Author tractaturus de iure exorditur a summa Trinitate, sine cuius fundamento nullum potest opus superædificari, capitu. cum Paulus. 1. q. 1. Et quia omne ius, quo vtimur aut ex scripto, aut ex non scripto constat, Instit. de iure natu. gen. & ciui. §. constat, & prima distinctio. capi. consuetudo, §. cum itaque. author præmisit de constitutionibus, & sic
1 de iure scripto, quod est certius † & nobilibus, deinde subnectit de consuetudine, & sic de iure non scripto. Ista continuatio licet sit communis, & fuerit de mente Imperatoris in dicto §. constat, & Gratiani in compilatione huius operis, & in capitulo lex est, & capitulo sequen. & seq. prima distinctio. tamen impugnatur per acutissimi ingenij virum dominum meum, Do. Philippum Decium, quia titulus præcedens, secundum hanc continuationem, non applicatur ad hunc subsequentem. nec hic ad præcedentem aliquo speciali respectu, prout applicandi fuerant, l. secunda, ff. de statu homin. l. continuus, ff. de verbor. obligatio. nam fundamentum Trinitatis non respicit specialiter hunc titulum, sed quemcunque alium, cum alio quoque principio Dei auxilium implorandum sit, dicto capitulo, cum Paulus, 1. quæstione prima, & in Authen. de armis, in princ. & in l. in nomine Domini, C. de offi. præfec. Aphri. Sed tu considera, quod fundamentum Trinitatis respicit totum opus, & specialiter hunc titulum, qui iuris constitutionea continet, de quibus author principaliter tractare intendit. Item considera, quod satis est inuocare diuinum auxilium in principio operis, dicto capitulo cum Paulus, & quia principium huius operis a constitutionibus inchoandum fuit, vt ex subordinatione prædicta apparet, bene sequitur, quod fundamentum Trinitatis magis postulat hunc titulum post se, quam reliquos titulos. Secundo non videtur hæc continuatio iuridica ex alio, secundum eundem Deci. quia fundatur super inuocatione diuinæ maiestatis, & Trinitatis, quæ inuocatio non fit in titulo præcedenti, sed circa fidem aliquæ promulgantur constitutiones, vnde congruentius præmittendus fuisset titu. iste de constitutio. qui est generalis ad omnea constitutiones. Tu vero aduerte, quod in continuatione non dicitur, quod in titulo præcedenti pro fundamento inuocetur Dei auxilium, sed quòd pro fundamento fuit præmissus titu. de sum. Trinit. & fide catho. vbi tractatur de Trinitatis & fidei cognitione, quæ est omnium principium, & fundamentum; vnde ex hoc elicio clariorem continuationem. Author tractaturus de scientia iuris prius voluit disserere de scientia
2 Trinitatis & fidei, quæ est † necessaria & præambula ad reliquas scientias capescendas, capitulo qui sine, vigesimasexta, quæstione secunda, decet enim animas, prius erudiri, quam linguas, l. magistros, C. de profes. & medi. libro decimo, erudita itaque anima, & cognita scientia Trinitatis, & fidei, & sic iuris diuini, congruum fuit subnectere de constit. & sic de scientia humani iuris. & hæc continuatio sic declarata effugit morsus cauillantium. Secunda fuit continuatio Andr. Sicul. supra visum est de constitutionibus concernentibus Deum immortalem, nunc congruenti ordine supponitur de constitutionibus concernentibus Papam, Dei Vicarium, capitulo vt nostrum, infra vt eccle. benefi. capitulo secundo & sequen. de transla. epi. Ista etiam damnatur per Dec. quia & si subiectum tituli præcedentis prædicetur de Deo, constitutiones tamen, de quibus ibi, fuerunt a Pontificibus promulgatæ. mihi etiam non placet, quia ea attenta præmittendi fuissent titulo de baptismo, de reliquijs, & vene. sanc. & reliqui tractan-

tes materias concernentes Deum immortalem, nisi dixeris qđ alijs respectibus fuerunt postpositi. Tertia fuit continuatio Dec. supra visum est de summa Trinitate, & fide catho quæ ab omnibus debet teneri, cap. primo, supra titu. proxim. Ideo subnectitur titulus de constitu. quæ ab omnibus seruandę sunt, capitu. primo, infra eod. Ista mihi non satisfacit, quia titulus præcedens, hac continuatione attenta, nullo speciali respectu postulat hunc titu. post, magis quàm reliquos titu. quorum iussa etiam ab omnibus seruanda sunt, & hoc ipse vitur argumen. contra communem continuationem, vnde non ęgrè ferat si contra se torquetur, capitulo cum omnes, infra eod.
3 Quarta fuit continuatio eiusdem; ius scriptum † de Deo ratione subiecti est dignius, & ideo propter excellentiam fuit conueniens, vt de eo fieret specialis tractatus, argumen. l. item apud Labeonem, §. hoc edictum; ff. de iniur. & postea subiiceretur titulus generalis, de iure scripto, argumen. l. si seruus seruum. § inquit lex, ff. ad leg. Aquil. Contra hanc continuationem etiam obstat fundamentum, quod supra feci contra continuationem Andr. Sicul. Quinto considera, an aliter possit continuari. authoris intentio fuit, hoc opere dirigere animas mortalium ad Deum, & eius cœlestem patriã secundum glossa, in capitu. cum contingat, infra de iureiurando: ad hanc autem nemo potest peruenire, nisi per fidem, capitu. primo, supra titu. primo. Ideo de fide catholica tractandum fuit; & quia etiam per constitutiones instruimur ad viam cœlestis patriæ, post tractatum de fide, sequitur de constitutionibus. Discussa continuatione, videndum est, an subordinatio defendi possit. quidam arbitrantur non posse, quia fit ad remota, & intermittitur titulus proximus de rescript. sed facilis est solutio, quia rescripta dicuntur iura scripta inter partes, vt per Ioan. Andr. & alios in rubr. de rescript. & per Panormitan. in rubr. de consuetud. ergo subordinatio est optima. alii etiam mordent ex eo, quòd in opere Digestorum alius fuerit ordo seruatus: nam primo præmittitur titu. de consuetudine, vt in rubr. de leg. & longa consuetudine, postea sequitur titu. de consuetu. Princip. Sed vtraque sustineri potest, consideratis diuersis respectibus: nam compilator Digestorum considerauit, quod constitutiones Principum, vtpote digniores propter authoris prærogatiuam, cap. si a sede, de præbend. lib. sexto, capitu. per tuas. primo de maioritate, & obed. l. secunda, ff. de albo scrib. merebantur specialem tractatum, dicta l. item apud Labeonem. §. hoc edictum, ff. de iniur. ideo præmisit titu. generalem de legibus, in quo interseruit etiam de legibus consuetudinariis, & postea posuit titulum specialem de constitutio. Principum. argumen. dicta l. si seruus seruum. § inquit lex. Compilator autem huius operis considerauit, quod constitutiones Principum sunt digniores, vt dictũ est, continentes ius scriptum, quod est certius & nobilius, & hac ratione præmisit de constitutio. vt dicit Panor. Vel aliter compilator Digestorum præmisit titulum de leg. quia leges
4 fuerunt ante constitutiones Principum. Est enim lex † constitutio populi Romani, §. lex est, Institut. de iure natu. gen. & ciuil. a quo prius editę fuerunt leges, quàm a Principe. In quem ipse populus transtulit imperium, & legis condendę potestatem, §. sed quod princip. Institu. eod. titu. & quia consuetudo est etiam ius populi, l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & antiquior quàm constitutiones principum Romanorum, §. & non ineleganter, Institut. eod. præposuit simul titulum de legibus, & longa consuetudine. Compilator vero huius operis considerat, quòd constitutiones pontificum sunt digniores consuetudinibus, & hac ratione præmisit, & sic vterque sua laude dignus est. Ita similem discordiam concordant Docto. in rubr. C. de testament. mu. Alii dicunt falsum esse, quod in subordinatione dicitur, scilicet quod ius scriptum sit nobilius
5 iure non scripto, quia lex † scripta, & consuetudo, sunt paris potentiæ, capitu. consuetudo, 1. distinct. & dicit Cardinal. Floren. in cap. fina. colum. xiv. infra de consuetu. quod consuetudo habet eas omnes virtutes, quas habet lex, & ibi Mod. chat. aa. referunt virtutes consuetudinis, si paris potentiæ, ergo paris nobilitatis. Sed certe argumentum non placet, tum quia assumptum non est verum. nam lex est maioris potentiæ, cum possit derogare futuris consuetudinibus, authen. nauigia, C. de furt. l. eos, C. de vsur. traditur per Panormitan. in d. cap. fin. & in cap. 2. de prob. & Bar. in l. de quibus, ff. de legi. Consuetudo autem non derogat futuris legibus. Et ex hoc sequitur, ꝙ potentia, & virtutes consuetudinis dependent a voluntate, legis: nec posset consuetudo derogare legi, nisi lex permitteret, secundum Panormit. in cap. clerici, de iudi. & sic patet, ꝙ consuetudo non est paris potentiæ: & posito, ꝙ esset eiusdem potentiæ, non video quomodo sequatur illatio, ergo est paris nobilitatis, nisi nobilitas consistat in sola potentia, vnde Modern. Papien. dicunt, ꝙ ius scriptum est dignius & nobilius ratione originis, quia habuit originem a Moyse primum, postea a sanctis patribus, deinde a populo Romano imperante, & successiuè ab Imperatoribus, in quos populus imperium & facultatem legis condendę transtulit, sunt enim leges per ora Principum diuinitus promulgatæ, cap. quo iura, octaua dist. cap. fin. 16. quæst. 3. l. fina. C. de præscript. long. tempor. Consuetudines vero inductę fuerunt ex tacito consensu populi d. cap. fina. & d. l. de quibus. Sed Dec. non putat ex hoc sequi, quod lex sit nobilior, quia & consuetudo diuinitus inducitur a populo, cum omnia promissione Dei fieri dicantur, cap. nec mirum. 26. q. 6. Tu considera, quod origine leges fuerunt a Deo traditæ Moysi in summitate montis Synai. Consuetudo autem licèt permissu Dei inducta sit, non tamen origine fuit a Deo tradita sicut lex & hoc respectu Modern. Papien. videntur recte dixisse, quod lex est origine nobilior vel alio respectu potuerunt dicere legem nobiliorem origine, quia ortum habet a Principe: primum a Moyse, deinde a successoribus in imperio. & ratione authoris, & propter condentis prærogatiuam videtur nobilior, cap. si a sede, de præben. lib. sexto. l. fin. ff. de albo scribend. Secundo ius scriptum videtur nobilius ratione antiquitatis, quia est antiquius iure non scripto, secundum Dec. qui ad hoc allegat tex. in §. ex non scripto. Institut. de iure natu. ibi, diuturni mores legem imitantur, ergo secundum eum, prius fuit lex. & per tex. in dicto capitulo consuetudo, prima distinctio. ibi, consuetudo pro lege suscipitur, cum lex deficit. Sed certe consuetudo prius fuit quam lex, quia prius populus quã Rex. & quod prius fuerit consuetudo, est tex. clarissimus in capitulo fina. ibi, ius vero consuetudinis, post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum cęperunt simul habitare. Nec dicatur, quod iste tex. probet assumptum Decij, dum dicitur, quod cõsuetudo assumpsit exordium post ius naturale, quia ius naturale non appellatur ius scriptum, sed natura omnes illud docuit, Institut. de iure natu. gen. & ciuil. in princip. nec obstant iura, super quibus se fundat Dec. quia non loquuntur de iure consuetudinario primæuo & originali, sed de iure consuetudinario secundario, & prout successiue inducitur, & variatur. Tertio ius scriptum dignius & nobilius dicitur, quia inducitur ex consensu expresso. Consuetudo vero ex tacito, qui est debilior expresso, secundum gloss. in clem. sæpe, in verbo, partibus, de ver. si. pro quo facit, quod etiam dicit glo. in l. prima, C. vbi de crim. agi opor. & no. in regula, scienti, de regulis iuris libro sexto, & firmat in terminis noster Panormitan. in cap. clerici, de iud. sed licet lex inducatur ex consensu expresso, quia tamen inducitur ex consensu solius Principis, §. sed quod Princip. Institutio. de iure natu. gen. & ciui. l. prima. ff. de constitutio. princip. non debet videri fortior, & efficacior cõsuetudine, quæ inducitur consensu vniuersorum, vel maioris partis populi, cum ea firmiora sint, quæ plurimorum consensu roborantur, capitulo prudentiam, in princip. de officio delega. & magis integrum iudicium est, quod plurimorum sententiis confirmatur, capitulo extra conscientiam. 84. distinctio. capitulo per hoc, §. verum, vbi Gemi. not. de hæret. libro sexto. Hinc leges, & constitutiones editæ a consilio firmiores, & validiores reputantur, nam per generalem derogationem eis non creditur derogatum, secũdum Archidia. In capitulo primo, eodem titulo in sexto, & Felyn. in capitulo nonnulli, columna tertia, & sequen. de rescript. Defendendo forte potest dici, quod lex habet expressum consensum Principis, & tacitum consensum populi, qui eam recipit. nam nisi ab vsu hominum lex recipiatur, vigorem legis non habet, capitulo in istis, §. leges, quarta distinct. & not. amplissime per gloss. & scriben. maxime Felyn. in capitulo primo, de treug. & pace. sed hæc solutio non videtur penitus eneruare contrarium, quia Princeps, si velit poterit punire nolentes recipere legem suam, capitulo, quia circa, de consanguinita. & affinita. & ibi not. & ita etiam traditur per Panormitan. & alios in dicto capitulo primo. vnde considera si dici possit, quod lex origine inducebatur consensu populi, capitulo lex est, secunda distinctio. & institut. de iure natu. §. lex sed nec istud in proposito placet, quia nos loquimur de constitutionibus, quæ a solis Pontificibus, & Principibus constituuntur, quæ sunt etiam iura scripta, capitulo constitutio, secunda distinctio. & de istis loquitur hæc subordinatio. vnde videtur, quod ratio Moder. Papien. sit verior, quod ratione originis ius scriptum dicatur nobilius. Vel etiam dici potest, quod ius scriptum ideo sit nobilius, quia certius, nam lex semper est certa, capitulo erit autem, quarta distinctio. & omnibus notum. l. leges, C. de legibus. quam in dubium reuocare non licet, leg. finali. C. de legibus, & vbi reperitur legis determinatio, ibi nulla datur probabilis dubitatio, capitulo ex multa, de voto. nota. per gloss. & Baldum, in l. ancillę, Cod. de furt. & per Modernos. in leg. illam, per illum text. C. de collation. Consuetudo autem, quia in facto consistit, non ita certa, quia facta sæpe etiam prudentissimos homines fallunt, leg. secunda, ff. de iur. &

fac.

fact. ignoran. Hinc dicimus, quod positioni iuris scripti, non est respondendum, quia ius scriptum est certum, sed bene positioni iuris non scripti est respondendum, quia ius non scriptum incertum est, secundum glo. & Bartol. in l. ornamentorum, ff. de aur. & argen. legs. Bartol. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. & glo. in c. 2. de consti. lib. 6. & Barto. in l. 1. ff eod. titu. Hinc est, quòd allegans consuetudinem, tenetur illam probare, capi. 1. de constitu. lib. 6. Sed tu aduerte, quia data paritate, videtur, quòd ius non scriptum sit ita certum, sicut scriptum, quod non dicitur certum propter scripturam, sed propter publicationem, vt in Authen. ut no. consti. & capitulo cognoscentes, vbi Panor. & alii, insi. eod. & si propter publicationem dicitur certum & notum, illud ideo est, quia publicatio deducit rem in notorium, capi. 1. de postu. præla. Sed si consuetudo sit notoria, eadem ratione dicitur certa sicut lex. Hinc est quòd consuetudo notoria est probanda, secundum Barto. in d. l. de quibus. & Bald. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. Panor. in capit. 1. de re iudic. Alexand. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoca vbi vult, quòd iudex tenetur supplere ea, quæ sunt consuetudinis notoriæ, & traditur per Curt. consil. 74 column. 17. & si consuetudo sit generalis non licet eam ignorare, sicut nec legem, secundum Bald. in rubr. de consuet. nisi dicatur quòd licet consuetudo notoria, vel vniuersalis, non sit probanda, non tamen est ita certa sicut lex scripta, quæ videri & palpari potest, l. 1. §. 1. ff. de his, quæ in testamen. delen. Et hæc quantum ad situationem rubr. dixisse sat est. Nunc pro terminorum cognitione aliqua discutiamus, & primo quid sit constitutio. Gratianus in capitulo constitutio, 2. distinctio. respondet,
6 † constitutio est quod tantum Rex, vel Imperator statuit. & ita etiam respondet Vlpia. in l. 1. ff. de consti. Prin. ibi, hæ sunt, quas vulgo constitutiones appellamus & dicit ibi Barto. quòd constitutio in hoc differt a lege,
7 quia lex fit a populo, magistratu interrogante. Constitutio vero est Principum edictum, & bene probatur in l. omnes. ibi, legibus, aut sacratissimis constitutionibus, C. de quadrien. præscript. & dicunt do. Anto. Pan. & Moder. hic, quòd illa est proprie constitutio, quam Imperator edidit, vel Rex, vt dicitur in d. cap. constitutio. quod est intelligendum de Rege non cognoscente superiorem, qui in regno suo dicitur Imperator secundum Oldrad. consilio 231. vt eius, de quo quæritur Bald. in l. penult. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. exemplo, columna fina. C. de probat. & tradunt hic Modern. & Cur. consilio 61. Super præmissa, columna 3. vbi plenissime loquitur, dicens post Bal. in cap. significantibus in fin. de offi. delega. quòd Rex in temporalibus gerit vices Dei in Regno suo, & habet ius leges condendi, & confiscandi, ac liberum arbitrium, secundum Angel. in l. prima C. ne sine iussu Princip. lic. confisca. Et idem dicendum de quolibet non recognoscente superiorem, secundum Barto. in l. hostes, ff. de cap. & postli. reuer. & in l. infamem, ff. de publ. iudi. Panor. & alios in capit. cum Bertoldus, de re iudic. & in ca. per venerabilem, qui filii sint legit. Ex quibus omnibus elicitur
8 conclusio, quòd iura, † quæ loquuntur in Imperatore, habent etiam locum in Regibus, & aliis non recognoscentibus superiorem. Contra quam conclusionem multa dicenda se offerunt, sed quia instituti mei non est, quæ incidenter occurrunt examinare, & ex commento commentum facere, non instabo alter, sed id solum addam, quòd ista conclusio non procedit in legibus pœnalibus, & odiosis secundum Cyn. & Ang. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiesta. dicentes illam legem non procedere in coniurantibus contra alium Principem inferiorem, quamuis non recognoscentem superiorem, & pluribus rationibus comprobat Socin. consilio. 175 columna secunda, & sequent. libro secundo. Item procedit, vbi militat omnimoda ratio in non recognoscentibus superiorem, quæ militat in Imperatore, alias secus: & ideo consului, iura dicentia barbitonsorem, & coquum Imperatoris nobiles esse, propter radios sui domini, quibus illustrantur, l. prima C. de domesti. & protecu. lib. duodecimo, & l. omnium, C. de testa. non procedere in barbitonsore domini Delphini, quia in eo non est tanta maiestas, & tantus splendor, quantus est in Imperatore, vt habetur in secundo Responso respe. 26. nunc autem est sub titu. de iure immu. Et ex prædictis videtur, quod constitutio inferioris superiorem recognoscentis, non dicatur proprie constitutio. Nec obstare videtur text. in capitulo lex est constitutio scripta. & in capitulo consuetudo, §. cum itaque. ibi, quæ in scriptis redacta est, constitutio vocatur, 1. distinc. & in cap. lex est constitutio populi. 2. distinctio. & in cap. 1. 13. distin. & hæc rub. quæ loquitur etiam de constitutionibus inferiorum, vt patet in capitulo cum omnes. & in capitulo cum M. Ferrarien. eo. quia in dictis iuribus verbum, constitutio, non stat proprie, sed large secundum Panor. & Moder. Sed hæc intelligentia mihi non placet per tex. in dicto capitulo, lex est constitutio, ergo proprie, tum quia verbum, est, denotat proprietatem, & veram essentiam, secundum Bartol. in l. maritus, § legis, ff. de adulte. Tum quia verbum, constitutio, ponitur in diffinitione, cuius verba
9 debent propriam importare essentiam, cum † diffinitio sit oratio substantiam diffinitæ rei significans, secundum gloss. in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur. & Panormita. in rubri. de senten. excommunicatio. Præterea si solius supremi Principis edictum esset proprie constitutio, frustra in ff. rubricaretur de constitutionibus Principum, vt dicit Andr. Sicul. hic, nam ex ea rubric. facile discerni potest, quòd quædam sunt constitutiones Principum, quædam aliorum inferiorum. Item, vt di-
10 cunt Modern. constitutio † est nomen generale ad omnes ius scriptum, dicto §. cum itaque. & sic tanquam genus comprehendit & constitutiones inferiorum. ergo constitutio inferioris erit proprie constitutio, quia posito genere ponitur quælibet eius species, l. quid carum, §. inter emptum, ff. de legat. tertio, & quælibet eius species ponitur proprie, secundum Baldum in l. secunda, C. de iure aureo annulo. & probatur in l. semper in generalibus, ff. de regulis iuris. quod verum est si sit tale nomen, quod possit stare vt genus, & vt species secundum Bartol. in rubrica, ff. soluto matrimonio, columna antepenultima versicul. vel dic etiam, vt in casu nostro, in quo constitutio potest sumi, vt genus pro quolibet iure scripto, & in specie, pro edicto solius supremi Principis, & ita tenendo non obstat text. in dicto capitulo, constitutio, quia ibi describitur constitutio prout sumitur in specie, & ista arbitror verissima; & seruire possunt ad statuta loquentia de constitutionibus, vt etiam de constitutionibus inferiorum sint intelligenda, quod credo verum in materia fauorabili, sed odiosa videtur, quòd de constitutionibus Principum duntaxat veniant
11 interpretanda, quia in materia odiosa verbum, † quod potest sumi vt genus & species; semper intelligendum est vt species, secundum Panormita. in capitulo Rodulphus, columna prima, in fi. a de rescriptis, & solet allegari text. in l. hinc legatum, ff. de legatis tertio, & ita in statutis dicit Alexand. in rubrica, ff. soluto matrimonio columna sexta. Sed circa prædicta, aduer-
12 tendum est ad plura, nam si constitutio dicitur † a con, quod est simul, & statutio. quasi commune statutum, ut dicunt Panormitan. & alii hic, non videtur verum, quòd constitutio proprie dicatur edictum solius Principis, vel alterius inferioris: sed id, quod a populo, vel ab aliqua vniuersitate, seu collegio statuitur, proprie dicatur constitutio; quasi communis statutio. istud ostendit etymologia, quæ nihil aliud est, quam resolutio verbi in proprium significatum, secundum Bald. in capitulo primo § si quis de manso in usibus feudo. de controuersia inuestituræ, & ita dicunt Goffredus, & Imol. hic, & Ioannes Monachus, in rubrica eiusdem tituli, libro sexto, & Archidiaconus in capitulo primo, in verbo, constitutionem, eodem titulo libro sexto, ad istud Panormitanus hic videtur respondere, quòd non dicitur constitutio communis statutio, eo respectu, quòd a congregatione edatur, sed ea ratione, quia debet esse omnibus communis, & æqualis, capitulo erit autem lex, quarta distinctione: alioquin si contra particularem personam edatur, iniqua est, & ab ea potest appellari, l. prima, §. solent, ff. quando appella. sit. & contra legem, vel statutum, in
13 odium aliquorum particularium editum, † obstat doli exceptio. l. prima, in fin. ff. de exceptio. doli. & dixi libro primo Responso capitulo octauo, & capitulo vndecimo, nouissime autem illa capitula habentur sub titulo de legibus mu. seu. statu. Aduerte, quia Panormitanus in hac solutione videtur sibi aliquantulum aduersari: vult enim constitutionem ideo nominari, quia omnibus est communis, ergo etiam lex populi erit proprie constitutio, quia & ipsa debet esse communis, dicto capitulo erit autem lex. cuius contrarium dixit supra Panormitanus, & certe si vera est hæc etymologia fateri oportet, quòd constitutio principis non sit proprie constitutio: nisi saluando dixeris, quòd constitutiones Principum statuuntur cum consilio, & deliberatione procerum sacri palatii, & totius cætus patrum, & Senatorum. l. humanum, C. de legibus & isto respectu possent dici editæ a congregatione, sed adhuc hæsito, quia & si Princeps statuerit cum consilio procerum, non tamen ipsi consuliores dicuntur simul statuere, quia actus non attribuitur consultori, sed consulto, vt traditur per Panormitanum in capitulo non potest, columna fin. de re iudica. & Rot. de rescript. decisione 73. & ratio est, quia consultus non tenetur, nisi velit consilium sequi, capitulo cum olim, de arbit. & quòd actus condendi legem attribuatur soli Imperatori, est text. ad literam in l. finali ibi, in præsenti tempore soli Imperatori concessum est legem condere, C. de legibus. Ideo tu considera si melius dici posset, quòd dicatur constitutio, quasi considerata & deliberata statutio, inquit enim Martianus, ex re constituendum esse, idest considerandum, an is qui vulnerauit vt occideret, pro homicida damnandus sit, l. prima §. diuus, ff. ad legem Cornell. de sicar. Vel quasi constans statutio, l. Iustitia, ff. de iustitia, & iure. Iuxta præmissa quæri-

14 tur, an Papa † absque collegio Cardinaliũ, & Imperator absque consilio procerum, possint legem condere? & communiter respondetur, quod Papa & Imperator, soli possunt legem condere, & quæcunque ardua peragere, absque eo quod teneantur requirere, vel sequi consilium suorum procerum & Cardinalium, ꝙ iuribus & rationibus comprobatur. Primo text. in l. humanum, C. de legi. vbi Albe. de Rosa. dicit ita esse tenendum,
☞ quia ista est communis opinio per illum textum sed licet ille tex. dicat quòd solus Imperator est legum conditor, & interpres, non tamen sequitur, quod non teneatur in editione iurium habere consilium suorum procerum, tum quia dictio solus,
15 † non excludit consocios, secundum gloss. in capitulo plerunque, secunda quæstione septima, & in capitulo submittitur at. dist. nĉt. glo. in capitulo primo, in glo. fin de hæret. lib 7. Bald. in l. 1. in 1. oppo. C. de bo. poss. contra tabul. facit tex. in cap. si autem, 15. quæst. 7. tum quia dicitur solus facere, qui aliorum consilio facit, vt supra dist. Secundo per tex. in capitulo cuncta per mundum ibi sine vlla sinodo, 9 quæst. 3. sed hic text. loquitur de apostolica sede, quæ sine vlla sinodo potest damnare & soluere. intelligo autem apostolicam sedem consistere in Papa & Cardinalibus, ut not. Ioan. And. in capitulo si Abbatẽ, de elec. lib sexto, & in capitulo authoritate, de priuileg. eod. lib. Tertio allegatur tex. in clemen. 1. ad fin. ibi, plena & libera dispositio, ea suę potestatis plenitudine pertinere dignoscitur, vt ibi pendente iuncta glo. vulgata in clemen. dudum, in verbo, libere, de sepul. sed hic tex. non loquitur in arduis, sed in collationibus beneficiorum, quæ respectu eorum, quibus conferuntur, dicũtur gratiæ, capitulo relatum, de præben. & sunt puri iuris positiui, vt late per Fely. in capitu. quæ in ecclesiarum, ins. eo. item ibi non dicitur, ꝙ Papa habeat liberam potestatem in beneficialibus simpliciter, & secundum potestatem ordinariam, sed ex plenitudine potestatis, & sic secundum extraordinariam fa-
16 cultatem, qua non debet † Papa vti, nisi ad remouenda scandala; nec legitur, quod populus Romanus vnquam vsus fuerit plenitudine potestatis, teste Bald. in titulo de pace Constan. in versiculo libellarie. & in l. 2. circa medium, C. de commu. rerum aliena. Curt. consilio 50. columna 5 Ias. in l. quanquam, C. de testamen. mil. Quarto adducitur persuasiua ratio; ecclesia militans exemplata est ad instar triumphantis, secundum glo. in clemen. ad nostram, in verbo, ecclesiæ, de hęret. sed in triumphantibus est vnicus Deus, cui omnia parent, ergo etiam in militanti debet esse vnus princeps, qui omnia possit. sed Deus non eget consilio: quare nec eget papa. Item hęc consequentia omnem Cęsari adimit potestatem, quam illi Christus permisit. Quinto allegat tex. in capitulo fundamenta, §. decet, de electio. libro sexto, sed facilis est responsio, si exponitur, decet, idest oportet, vt exponitur per gloss. in l. fin. §. decet, C. de postlimi. reuer. quod enim decet papam, eum facere oportet: quia lex honestatis non minus debet obligare papam, quàm lex præcepti, ut dicit Barto. in l. imperium, columna secunda, ff. de
17 iurisdictio. omn. iudic. ubi inquit, quod duplex est † necessitas. Quędam, quæ precisè imperat, & hac necessitantur subditi a superioribus. Quędam est necessitas honestatis, & hac necessitatur princeps, l. digna vos, C. de legi. licèt enim non sit, qui audeat dicere principi, cur ita facis? vt dicit Bald. in prælidiis feudorum, tamen Deo subiicitur, qui omnibus honesta seruanda præcipit, & si papa vult in terris gerere vices Christi, vere & non nudo nomine, debet sequi vestigia Domini, qui a lege honestatis non aberrauit, nec aberrare potuit, cum omne inhonestum, sit Deo impossibile, ut not. in capitulo primo, in princip. per gloss. supra de summa Trinita. & fide catholic. & debet princeps animaduertere eo minus sibi esse licentię, quo plus potestatis habet, teste Bald. consilio incipien. Præmittendum est, & Socyn. consilio 20. columna fin. inter consilia Cur. & si pertinacius insteiur, dicendo ꝙ huiusmodi expositio violat literam. Dicam, quod ille tex. non loquitur in arduis, si loquatur de concedentia, & honestate non obligatoria, nec obstat vniuersalis dictio, quibuscunque, quia non est absonum restringere propositionem vniuersalem ad ea, quæ ardua non sunt, ut docet Bar. in l. prima, §. nunciatio, ff. de noui oper. nunciat. Sexto ponderatur text. in l. humanum, C. de legib. si humanitatis est, ergo non necessitatis, l. ambiguitatem, C. de vsufru. l. humanitatis, C. de excusatione tutorum, l. humanitatis, C. de im. ube. & aliis sublistitur. Ad istum textum potest responderi quod quantum ad Imperatorem, qui vult legem condere, humanitatis est requirere consilium tot virorum, qui ibi numerantur, uidelicet procerum, Senatorum, & iudicum, quia omnes non fuerunt sibi dati coadiutores imperii: sed requirere consilia eorum, qui dati sunt coadiutores imperii, vel Apostolatus, ut sunt Cardinales per capitul. venerabilem, qui filii sint legiti. est necessitatis, non humanitatis, alioquin frustra constituti essent a Deo coadiutores, ut infra dicetur, uel potest responderi, vt responsum fuit ad text. in dicto capitulo, fundamenta, § decet. Septimo citatur text. in capitulo primo, vigesima distinctio. vbi dicitur, quòd Christus commisit Petro clauigero iura cœlestis & terreni imperij. Quidam dicunt, quòd hic tex. palea est, & verum dicunt quia est Gratiani, qui gratiam Pontificis aucupabatur, vel aliter respondetur, quòd Christus commisit iura Petro seruanda, non violanda, violantur autem, si eius adiutorum consilium in arduis non requiratur, dicto capitulo per venerabilem, & infra probabitur, vel aliter respondetur, quod soli Petro non fuerunt commissa iura ecclesiis, & terreni imperii, sed omnibus Apostolis, quibus dixit, Quęcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, Matthei 18 & quibus dixit, Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, erunt eis remissa, Io. 20. quibus etiam dixit, Ite & prædicate Euãgelium omni creaturæ, Math. vlti. id autem, quòd dixit Petro, in persona omnium dixit, capitulo quodcunque ligaueris. vigesimoquarto, quæstione prima. Imo si verũ agnoscere velimus, fateri cogemur, Petro non fuisse commissa iura terreni imperii, quia Christus dixit, Regnum meum nõ est de hoc mundo; & quia iussit Petro, vt gladium poneret in vagina. Et ex istis patet responsio ad aliud argumentum, dum dicitur, quòd Petrus est Cęphas & caput Apostolorum: quia illud non negatur, sed dicitur, quod non sequitur consequentia, ergo solus potest ardua tractare, vt infra patebit. Imo sequi videtur contraria consequentia, quia caput a membris separari non debet. alioquin necesse est corporis dissolutionem fieri, capitulo sunt plurimi, §. verum, & capitu. ex merito, 6. quæstio. 1. & cap. non decet, 12. distinctio. Ex istis etiam patet responsio ad plura alia iura, quæ soli Papę supremam attribuunt potestatem, tum quia ei soli data non fuit, sed omnibus Apostolis; tũ quia in arduis cõstituti fuerunt Cardinales & Episcopi coadiutores officii. d. cap. per venerabilem. tum quia talia iura edita fuerunt ab ipsis Pontificibus, quibus credendum non est in ea parte, qua sibi iurisdictionem, & authoritatem ascribunt, nisi quatenus Euangelica lege eorum potestas iustificatur, l. ex sententia, vbi Bar. ff. de testamen. tut. l. vxori, §. primo, ff. de falsis & copiose per Felyn. post Panormit. Hostien. & alios. in cap. quoniam contra falsam, col. 20. de probat. Decius consi. 159 colum. 4 Nec refert, quòd plures numero teneant pro potestate Papę, quia adulatores fuerunt, vt plerique autumant, & de eorum authoritatibus non est curandum, quia non ex multitudine authorum, sed ex ratione ius constituendum est, l. 1. § sed neque, C. de vete. iure enucle. & inquit Dominus, in iudicio nõ acquiescas sententiæ plurimorum, vt a veritate devies, Exodi 23 Octauo Barba. in tracta. de pręst. Cardi. quæstio. 2. ponderat test. in capitulo, Episcopo, nona quæstione tertia, vbi dicitur, sola Romana. ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus, de ea vero nulli iudicare permittitur. Sed hic etiam text. probat oppositum, quia Cardinales constituunt Romanam ecclesiam, vt ostendunt Panormit. & Felyn. post Ioan. Andr. in c. ego N. de iureiu. Imo si verum agnoscere velimus, Romana ecclesia
18 † constituitur ex omnibus Christi fidelibus: quia vnica est ecclesia Christi super petram, idest super fidem fundata. Nono facit, quia Papa est Vicarius Christi in terris, c. quanto de transla. Episco. & cap. quos Deus, 33. quæstio. 2. ergo sicut Christus nõ requirebat consilium ab Apostolis, non etiam debet eius Vicarius arctari ad requirendum, ad istud responderi potest dupliciter. primo quod Christus non agebat consilio tuidium Apostolorum, sicut Papa eget consilio Cardinalium. Secundo respondetur, quòd ardua non transeunt in Vicarium, nec successorem in dignitate, nisi specialiter concedatur, secundum Bald. & Felyn. in capitulo fina. §. 1. de officio delega. & quòd non trãseant in Vicarium, probatur in capitu. 2. & 3. de offic. Vica. lib. 6. Non legitur autem talis potestas data specialiter Papę, imo sibi est interdicta, vt infra probabitur, ergo &c. plura alia adducuntur pro hac sententia, sed quia leuia sunt, & ex præmissis dissolui possunt, non curo aliter super eis insistere. ¶ Pro contraria sententia, ꝙ Papa nequeat ardua negotia expedire sine consilio Cardinalium, & diuinis & humanis iuribus probatur. Primo legitur Deuteronomij secundo, si aliquid difficile, & ambiguum emerserit, venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicii ueritatem, quorum sacerdotum Leuitici generis loco successerunt Cardinales, cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filii sint legitimi. Secundo probatur ad Galathas capitulo secundo, vbi Paulus, cui euangelizandi munus a Deo commissum fuerat, oraculo diuino iussus contulit suum Euangelium cum Bernaba, & Titio coapostolis & comitibus, quos solos habebat in Hierosolyma. Tertio probatur Lucę vigesimosecundo, vbi suborta inter Apostolos contentione de primatu, respondit Dominus, ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vt doceret eum, qui primatũ ambit, debere ministrare iura, & cætera ardua in medio Apostolorum, idest Cardinaliũ & Episcoporum sedens, & non clanculum, & seorsum abis, & sine

consilio

consilio illorum. Quarto potestas soluendi & ligandi fuit omnibus Apostolis concessa, vt ostensum fuit supra. firmant Pa-
8 norm. & alij *communiter*, in cap. translato, infra eodem & probatur in capitu. loquitur dominus ad Petrum, 24. quæst. prima, vbi Cyprianus papa inquit, Licet exordium catholicę fidei ab vnitate proficiscatur, scilicet a Petro, tamen cæteri Apostoli idem sunt quod Petrus, pari consortio præditi & honoris, & potestatis. ad idem tex. apertus in capitulo noua, de pœniten. & remissio. Et licet Petrus fuerit constitutus Apostolorum caput, non tamen sequitur, quod solus possit ardua tractare sine consilio fratrum, quibus communiter fuerunt traditę claues, & data legis condendę potestas. Imo ex hoc, quod Petrus fuerit constitutus primus & caput aliorum, non sequitur, quòd prælatus non possit legem promulgare, nec quicquam arduum peragere sine consensu collegii Cardinalium, capitu. quanto, capitu. nouit, de his, quæ fiunt a pręla. sine consen. capitu. & traditur per Innocen. in capitu. quod in dubiis, de renuncia. & in capitu. ad aures, de tempo. ordin. & per Abbat. in clemen. 2. de rebus eccle. non alienan. & Lapum allegat. xlia, licet materia & per Panormit. & Felyn. post Innocen. in capitu. causam quæ, colum. 2. de iudic. & per Felyn. in ca. fin. § 1. colum. penul. de officio delegato. Nec dicatur, iura, quę dicunt prælatum non posse ardua tractare, sine consensu capituli, loquuntur in prelato inferiori: unde non deberet extendi ad papam uel Imperatorem, qui sunt legibus soluti, l. princeps, ff. de legibus quia respondetur, quòd dicentes papam posse ardua peragere sine consensu & consilio Cardinalium, quia est solutus legibus, pręsupponunt papam ideo posse, quia potest iura peruertere, non autem posse, quia reperiatur a Deo sibi data huiusmodi potestas. quod ultimum probandum est, quia de potestate principaliter quæritur. uidetur autem ex præmissis proban, quòd Petro soli non fuerit data potestas, sed omnibus simul. quo stante, aut uolumus dicere datum fuisse omnibus collegialiter, & tunc necesse est iurisdictionem esse apud collegium, & sic apud omnes ut uniuersos, & non penes singulos, capitu. irrefragabili, §. excessus, & quod ibi not. de offic. ordin. firmat Panormit. in capitu. prudentiam, in princip. column. 2. de offic. delegat. & istud fateri uidentur hi, qui dicunt Petrum esse caput collegii Apostolorum. Caput enim corpus præsupponit, capitulo cum non liceat, de præscript. & ad essentiam cuiuslibet perfecti colle-
9 gii † requiritur unum caput, secundum Innocen. in capitu. dilecta, de exces. præla. & istud est, quod docebat Paulus Apostolus ad Ephesios, iiii. capitulo unum corpus, unus spiritus, una spes uocationis nostrę, vnum baptisma, vnus dominus, vna fides, vnus Deus. quam vnitatem tenere & vindicare debent, maxime hi, qui in ecclesia Dei præsunt, capitulo. loquitur, xxiiii. quæstion. 1. Aut volumus dicere iurisdictionem, & potestatem datam fuisse omnibus, vt singulis; & tunc necesse est alterum de duobus fateri: aut quod sit data omnibus simul, aut cuilibet insolidum. primo casu constat vnum non posse iurisdictionem exercere sine aliis, l. fina. C. de assesso. præstan. l. si uni, ff. de re iudicat. & d. capitulo. prudentiam & capitu. causam, de officio delegat. Secundo casu quilibet potest eandem iurisdictionem exercere, cum eam quilibet habeat insolidum, l. 1. ff. de offic. Consu. capitulo cum ab ecclesiarum prælatis, & capitu. duo, de offic. ordina. & sic quilibet Episcopus hoc attento haberet eandem potestatem, quā habet papa, quia episcopi hodie repræsentant Apostolos, & eorum loco successerunt, capitul. in nouo, xxi. distinct. capitul. quorum, lxviii. distinct. capitu. porro, lxvi. distinct. capitu. uidenses, xii. quæstion. & consequenter quilibet posset ardua tractare solus, sicut prætenditur papam posse. Sed istud vltimum negabunt, qui partes Pontificis tuentur, ergo cogentur fateri alteram, quòd potestas sit omnibus simul data, ergo vnus sine alio non poterit ardua tractare. Quinto pro hac parte facit text. ad literam in capitu. Anastasius, xix. distinc. ubi Anastasius papa nutu diuino percussus est, quia sine consilio Episcoporum & presbyterorum Achatium hæreticum communicauit ecclesiæ. Et si tu dixeris, vt dicunt gloss. & alii, quod ille text. loquitur in concernentibus fidem; in quibus est speciale, quod papa non possit aliquid statuere sine consensu uniuersalis Concilii, tunc vellem duo à te scire. Primum, utrum Petro data fuerit alia potestas, quæ extra fidem sit, & quæ ad fidem non pertineat. mihi enim uidetur, quod Dominus Iesus Christus dum dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, loquatur de Ecclesia sua, id est de fide, quam super petram, id est firmitatem ædificare uoluit, capitulo. fidelior. 50. distinctione, & hac de re rogauit Patrem, vt non deficeret fides Petri, capitulo primo, §. primo, xxi. distinctione, nam de temporalibus, quę fidem non concernunt, nulla reperitur Petro concessa potestas, vt supra dixi: vnde Papa qui vices domini nostri Iesu Christi gerit in terris, eam non debet sibi arrogare potestatem, quam Dominus noster respuit, dum dixit, Regnum meum non est de hoc mundo. ex quo constat Petro & eius successoribus solam animarum curam fuisse decretam. Et ideo ei dixit, pasce oues meas, verbo fidei & doctrinæ. si ergo nulla alia fuit sibi cura demandata, quam animarum salus, quæ in sola fide consistit, capitulo primo. supra titulo primo. Et in his, quę fidem concernunt, nihil potest sine consensu coepiscoporum, consequitur vt nihil arduum possit solus attentare. Secundum, quod vellem scisse, est: quæ nam fuerit ratio specialitatis, quare in concernentibus fidem Papa nihil possit sine concilio. Si responderis ita statutum, quia Papa solus potest errare, prout errauit Anastasius: respondebo etiam Papam errare posse in reliquis, quæ fidem, non concernunt, vnde nec in reliquis quicquam poterit sine Concilio, in quo nullus fuit error inuentus, cap. a recta, vigesimaquarta quæstione prima. constat enim Petrum etiam quandoque lapsum, & a Paulo correctum emendatumque fuisse. Si autem responderis ita statutum, quia de arduo agitur negotio, vt plerique dixerunt. Ergo eadem ratione ita statuendum in aliis arduis, quę fidem non con-
10 cernunt: nam etiam in iuribus limitatoriis † ex identitate rationis idem ius statuitur, l. filium habeo, ff. ad Macedonianum l. liberium. §. Senatusconsultum. ff. de ritu nuptiar. nota. Bartol. in l. si constante, in nona quæstione. prima parti. ff. soluto matrimonio. & Iason in authent. quas actiones, C. de sacrosanctis ecclesiis. Plura etiam iura tam ciuilia, quam canonica, adduci possent pro hac parte; sed quia faciunt in argumentum, non curo de talibus a longe facientibus implere folia, maximè quia Mod. hic, & Barb. in tractatu de pręstantia, Cardi na. nonnulla ex ipsis citarunt, & hanc sententiam contra Papam & Imperatorem tenent Monach. & alii plures relati hic per scriben. & idem tenuit Bald. in l. cum multa, C. de bonis, quę liber. Bald. & Ias. in l. placet, per illum tex. C. de sacrosanct. ecclesiis. & per tex. in l. quarta. C. de diuer. rescriptis. Andr. Sicu. in dicto tractatu de postulandis. Cardin. quæstione 2. & Fel. sibi contrarius in dicto capitulo fina. § primo. infra de offi delegat. Et re vera horum sententia potior videtur; tamen pro concordia consideratur sic posse distingui. Aut quæritur de potestate circa ea, quę iam statuta sunt & determinata. Aut de potestate circa statuenda de nouo. Primo casu papa, & Imperator sine dubio possunt soli, etiam quod de re ardua agatur, insequendo statuta patrum & traditiones, quicquid volunt disponere, & ita procedit communis opinio. Secundo casu, aut agitur de aliquo ordine statuēdo, quod consistit in iure positiuo, & tunc papa & Imperator poterunt soli statuere absque consensu, vel consilio alicuius, quia in istis papa est super concilium, capitu. significasti, de electio. & quia his, quę sunt positiui iuris, sufficit pro ratione voluntas, vt nota. per glo. in lege prima, §. pueritiam, ff. de postula. & per Felyn. in capitulo, si quando, vbi dixi, infra de rescriptis, & in istis etiam potest procedere sententia communis. Aut agitur de aliquo arduo, quod consistit in iure diuino, aut naturali, vel quasi, & tunc neque papa sine Cardinalibus, neque Imperator sine Senatoribus poterit quicquam decernere, & ita procedat contraria opinio. Et si de concernentibus fidem agatur, cum concilio vniuersali res hęc determinanda erit, dicto capitulo, Anastasius; & in capitulo, sicut decimaquinta distinctione, & traditur per Panormitanum in disputatione
11 exordiente, Episcopus, &c. Sed an in istis † casibus, in quibus papa & Imperator nequeunt statuere de nouo absque concilio procerum, teneantur sequi consilium illorum? Videretur quod non, quia obligatus facere actum cum alterius consilio non tenetur illud sequi, l. Titium, in principio. ff. de administratione tutorum capitulo primo, de capel. monaco. capitulo cum olim, infra de arbit. In contrarium facit text. in capitulo venerabili, infra de officio delegat. vbi dicitur, quod is cui datus fuit alius coadiutor in officio, cum clausula, quod sine illius consilio nihil agi possit, tenetur requirere & sequi consilium. & per illum textum dicit Panormitan. in dicto capitulo venerabili quod si is, qui habet consulere, sit particeps officii, tunc eius consilium sapit consensum. Sed Cardinales sunt dati in officio coadiutores Pontificis, dicto capitulo per venerabilem, §. rationibus, & eis ac omnibus Episcopis similis fuit data potestas, vt supra probatum fuit. Ergo papa tenebitur sequi eorum consilium. Considera si dici possit: aut res, de qua agitur, est multum ardua, & maximi momenti, vt si agatur de vniuersali statu ecclesiæ, & tunc Papa debet sequi eorum consilium.

Aut res, de qua agitur, est ardua, sed non multum, & tunc consilium sequi non arctatur. Ita distinguit Fe-

ly. in Episcopo, an teneatur facere cum consilio, vel cum con-
sensu capituli, in capitu. causam, colum. secunda de iud. pro qua
distinctione bene facit tex. in cap. si pro debilitate, J. de officio
delega. Et ex his vtiliter absoluta remanet hęc terminalis quę-
stio, quid sit constitutio, & vnde dicatur, & in quo differat a
lege. Nunc pro maiori terminorum cognitione superest, vt
inquiramus in quo differat constitutio a canone, a decreto,
a decretali, a sanctione pragmatica, annotatione, interdicto,
mandato, dogmate, & similibus. Glo. 3. distin. in summa,
& Hostien. hoc eod. titu. in summa. do. n. Andr. Basig. & De-
22 ci in 2. lectura, qui respondent, quod constitutio differt † a
præmissis omnibus, sicut differt genus a specie. Dicunt enim,
quod canon dicitur constitutio edita in Concilio generali, vt
probatur in summa, & capitu. Nicena, 31. distinct. & Grecè
23 dicitur, † canon, Latine regula, capitu. canon, 3. distinct. & hac
ratione id, quod præstatur anno quolibet ab emphyteuta, di-
citur canon emphyteuticus, quia regulariter sua die præsta-
tur, authen. qui rem, C. de sacrosanct. eccles. & quæ annua-
tim præstantur, canonicę pensiones nominantur, l. præter,
C. de lucris aduoca. lib. 12. Hinc largitio, siue tributum, quod
ex more soluitur Princip. canon appellatur. C. de canon. lar-
gi. in rubro & nigro, lib. 2. hinc canon vestium, qui militi-
bus ex more traduntur, l. 1. C. de mili. vest. lib. 12. hinc canon
annonæ, quæ militibus præstari solet, l. 2. C. de appella. præ-
24 fect. ann. lib. 12. hinc dicitur † canonicarius, qui regulares exi-
git præstationes, §. hoc quoque obseruari, in Authentic. de
colla. hinc canonica portio, q̃ parochiano debetur de relictis
alteri ecclesiæ occasione sepulturæ, capitu. de his, infra de se-
pultu. hinc quarta canonica, quæ Episcopo præstatur a paro-
chiano sacerdote de oblatione, & decimis parochialibus, 2.
quæst. 1. capitulo de his, & 12. quæstio. 1. vobis. de quo plenissi-
me per Pet. de Vbal. in tractatu de canon. Episcop. & parochia.
hinc canonica institutio, quę secundum regulas iuris facta fuit,
capitulo primo, de regu. iur. in sexto. hinc canonica electio, &
canonica præscriptio. capitu. cum olim, de dolo & contuma. ca
pitu. cum olim, de præscrip. Et potest institutio, vel electio tri-
25 pliciter appellari † canonica largè, & strictè, & strictissimè, vt
declarat Archidia. in capitulo nullus. 63. distinct. Gemma. con-
26 silio 88. Innocentius Papa, hic dicitur † canonicus, quasi cano-
nice institutus, & secundum hunc sensum quilibet beneficia-
tus posset dici canonicus, quod admittit Io. Andr. si large lo-
quamur. Ita Ioan. And. in cap. 1. de electio. lib. sexto. & Panor.
in capitulo causam quæ, colum. 2. de iudic. & in rubr. de vita &
honestate clericorum, sed propriè non dicuntur canonici, ni-
si collegiati in aliqua ecclesia, qui a sub certa viuendi regula
recipiuntur, & sic dicuntur canonici a canone, idest regula, di-
cto capitulo canon, secundum Panorm. in dicto capitulo cau-
sam quæ. Sed certe etiam secũdum hunc sensum monachi, &
fratres de obseruantia dicerentur canonici, vnde necesse est di-
cere, quod canonici teneantur magis ad seruandos canones,
quàm cęteri, & hoc respectu dicuntur propriè canonici, secun
dum Card. in capitu. fin. de cleri. non resid. Et hoc stante, quod
canon dicatur constitutio edita in Concilio generali, sequitur,
quod constitutiones synodales, seu prouinciales, non recte di-
cantur canones, quod firmat Bald. in capitulo primo, infra eo.
& Card. in clemen. 1. in princip. quæstio. 26. de priuileg. per il-
lum text. vbi secundum eum sit differentia inter excommuni-
catos a canone, & excommunicatos per statuta sinodalia, vel
prouincialia. Sed in contrarium facit, quia canon dicitur regu-
la, quę hominea regulat ad beate beneq; viuendum, cap. regu-
la, 3. dist. Sed constitutiones prouinciales, & sinodales etiam di
rigunt subditos ad beate beneq; viuendum, ergo &c. Item in
contrarium facit text. in d. cap. regula, §. porro. vbi dicitur, por-
ro canonum alij sunt decreta Pontificum, alij sunt statuta Con
ciliorum. Conciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia sunt pro-
uincialia. pondera, quod etiam prouincialia statuta sunt cano
nes. Item pondera, quod omnia Pontificum decreta sunt ca-
nones. ergo propriè: quia dictio, sunt, denotat essentiam, &
proprietatem, secundum glo. in l. in ceteris appellatione, ff. de ver
bo. signifi. & Barto. in l. si maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adulte. Ter
tio facit tex. in cap. de libellis, in fin. 20. dist. ibi, sanctorũ patrũ
statuta, quæ apud nos canonum nomine intitulantur. Quarto
facit text. in cap. 1. J. eo. vbi probatur, ꝙ omnis constitutio dici-
tur canon, dum dicitur ꝙ canonum statuta custodiãtur ab om-
nibus, & ita tenet Cald. consi. 19. sub rubr. de reg. vbi consuluit,
ꝙ Abbas, qui habet potestatem dispensandi cum monachis su
per irregularitate imposita a canone, poterit dispensare super
irregularitate imposita ex constitutione ordinis, quia etiam
constitutio ordinis dicitur canon. & idem tenet Calde. consil.
16. sub ista rubr. de constitut. ubi dicit, ꝙ habens potestatem
dispensandi cum celebrante post excommunicationem latam
a canone, etiam poterit dispensare cum celebrante excommu
nicato a constitutione capituli. Quid tenendum? Felyn. & alij

Moderni. in dicto capitulo primo, dicunt quod canon pro
priè. & strictè capitur pro constitutione edita in concilio vni-
uersali, largè autem pro omni constitutione ecclesiastica, d. ca
pitulo primo. Et ideo dicunt, quod in materia fauorabili, &
27 extensibili, appellatione † canonis, comprehenditur etiam si-
nodalis constitutio, & ita loquitur Calder. in dicto consil. vbi
loquitur in facultate dispensandi, quæ est fauorabilis & exten
denda, secundum Ioan. And. & alios, maxime Felyn. in cap. fin.
de simo. Sed illa sua distinctio confunditur per iura præallega
ta, quibus non accommodatur, quod responsum est, & con-
funditur per tex. super quibus ipse se fundat in dicta clem. pri-
ma de priui. vbi in materia pœnali, appellatione canonis con-
tinetur omnis constitutio edita a summis Pontificibus etiam
alibi, quam in Concilio. Imo si recte aduertatur, ille tex. con-
tra eos vrget mirabiliter, quia ibi puniuntur absoluentes abs-
que licentia parochialis sacerdotis excommunicatos a cano-
ne, præterquam in casibus a iure, vel sententia per statuta pro-
uincialia, aut sinodalia promulgatis. Ergo etiam hi, qui sunt
excommunicati per statuta sinodalia, dicuntur excommunica-
ti a canone. Alioquin exceptio non esset de regula contra l.
nam quod liquide, §. fin. ff. de penu. leg. 2. & not. per gloss. &
Bar. in l. prima. ff. de regulis iuris. Ego autem teneo, quod etiam
constitutio sinodalis proprie dicatur canon per prædicta. Ad
iura contraria, quæ videntur probare, quod constitutio edita
in Concilio proprie dicitur canon. Respondeo, quod non
negant alias constitutiones etiam posse dici proprie canones.
28 vnde dico, quod canon † potest dupliciter capi, in genere, &
in specie, prout etiam dupliciter sumitur constitutio, vt supra
conclusum fuit. Si capiatur in genere, omnis constitutio re-
ctè dicitur canon. Si capiatur in specie, de constitutione conci
liari intelligitur per excellentiam, §. sed quoties, Institut. de iu-
29 re natura. gent. & ciuil. ¶ An autem lex † ciuilis rectè canon
appelletur? Præmissa faciunt quod sic, quia etiam lex ciuilis in-
struit nos ad beate, beneque viuendum. In contrarium facit
tex. in capitu. filius, infra de testa. vbi dicitur lex seculi. Et quod
proprie leges ciuiles non dicantur canones sentit Panorm. in
dicto cap. primo, in primo notab. vt firmat Dec. consilio 158.
columna 2. Sed distinguendum est, an leges sint approbatæ a
canonibus, & tunc rectè canones possunt appellari, quia cum
sint approbatæ, constat, quod nos ducunt ad beate beneque vi-
uendum. aut non sunt approbatę, & tunc non rectè canones
nominantur. Et ita distinguit Panor. in d. capit. si necesse. ad fi-
30 nem. infra de don. inter virum & vxor. Decretum † autem est
constitutio papæ cum Concilio Cardinaliũ ad nullius consul-
tationem edita. Decretalis vero † epistola dicitur constitutio
papę ad alicuius consultationem promulgata. Ita gl. Hostien.
& alii concludunt, quod stare potest, si huiusmodi nomina in-
telligantur in specie. Sed in genere omnis constitutio rectè di-
citur decretum, c. ne innitaris, inf. eo. tit. c. si Romanorum, 19. di
stin. l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. & l. prima, & per totum, ff. de
decre. ab ord. facit. & C. de decret. Decur. in rubro & nigro. nã
& iudicis sententia etiam decretum rectè appellatur, l. nec quic
quam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconsul. & ibi Bald. & Ias.
varias huius verbi significationes referunt, & quid differat de-
cretum iudicis ab authoritate, licentia, & consensu, traditur per
32 glo. in cap. 1. de reb. eccl. non alienan. lib. 6. Sanctio † autem di
citur constitutio pœnalis, l. sanctio legum, ff. de pœn. Institu. de
re. diui. §. sanctę, quod gloss. ibi verum putat de stricta & pro-
pria significatione. Sed large sanctionis verbo, omnis lex Im-
perialis significatur, C. de nouo C. facien. ibi, colligentes vero
in vnam sanctionem, largissime totius iuris ciuilis collectio
denotatur, vt in proœ. Digest. & ibi gloss. idem not. & in l. 2. §.
omni, C. de vete. iur. enucl. & idem tenet glo. in clemen. secun-
da, in versic. sanctioni, de vit. & honesta. cler. & in clement. sę-
pe, in verbo constitutione, de verb. significatio. Aliquando su-
mitur pro quacunque constitutione papæ, cap. sic omnes, 19. di
stin. & ibi Archid. & Card. Alex. & in cap. consuluisti, 2. q. 5. san
cire enim, Seruio auctore, est consecrare sub sanguine hostiæ.
Hinc lex, quæ sanguinis pœna arcet malos a delictis, dicitur
sanctio, quasi nocentium sanguine consecrata. sancire etiam
est confirmare & roborare. hinc omnis lex aliquid firmans, po
test dici sanctio, d. cap. sic omnes. Qua de re etiam testatoris di
spositio rectè dicitur sanctio. l. filium, quem habentem. ibi, san
33 xit testator, C. famil. ercis. Pragmatica † sanctio appellatur con
stitutio Principis super causa, in consistorio Principis ventila-
ta, secundum gloss. in l. fina. C. de diuer. rescrip. tanquam cum
causæ cognitione facta secundum gloss. in capitu. peruenit, 1.
dist. vel dicitur pragmatica, a scriptura, secundum glo. in cap. di
centi, §. rescripta, 35. q. 2. Gramma enim idem est, quod litera,
secundum glo. in l. moris, §. solet, ff. de pœn. & idem dixit glo.
in l. leges. 1. in versi. iudicium programmate, C. de le. Sed uerius
dr̃ pragmatica sanctio, determinatio causæ facta a principe cũ
34 consilio pragmaticorum. Sunt autem pragmatici, † sapientes
viri,

viri,qui partium consensu absque lite causas diriment,quibus
aliquando solet præses officium interdicere,l.moris,§. solet, ff.
de pœn.Et hinc dicebat Iuuena.

Inde cadunt partes in fœdere Pragmaticorum.

Vnde non puto Accur.recte sensisse, dum credit eos dici prag-
maticos,qui pragmaticas scribunt sanctiones. Sic cum a iudi-
cibus ordinariis discedĭtur, & ad principem itur pro dir men-
da lite,principis determinatio dicitur pragmatica sanctio, & ita
propriè sumitur in dicts lege fin.C.de diuer.rescript.hinc om-
nis lex edita a principe cum consilio sapientum,dici potest san-
ctio pragmatica, l.lege pragmatica,C.de domes. & protec.lib.
xii.Ita sentit glos.in lege,iubemus,C.de sacrosan.eccle.dicuntur
enim pragmatici a prast Græce, Latine autem terminatione.
35 Annotatio †, est principis constitutio, motu proprio edita ab-
sque consilio sapientum,secundum glos.in d.l.fin. C.de diuer.
rescript.& in l.non aliter,C.de pala.sacra.largit.libr.12.& in hoc
differt a pragmatica, quæ editur de consilio pragmaticorum.
Vel annotatio dicitur,quod a principe statuitur de consilio pau
corum,pragmatica de consilio plurimorum, secundum gloss.
in l.iubemus,C.de sacrosanctis ecclesiis. Vel verius pragmati-
ca dicitur, quod Imperator cognoscens decreuit de consilio
pragmaticorum; Annotatio,quod per epistolam,& subscriptio
nem statuit,dicta ab annotatione,id est subscriptione. Hinc de-
scendit Notarius a notando , id est scribendo , vel subscriben-
do . Et hæc differētia satis colligitur ex textu,in lege prima. ff.
36 de constitu. Prin. Dogma,est lex † docens fidei scientiam,quę
est vera doctrina,& cęterarum scientiarum viaticum,capitu qui
sine,xxvi.quæst. 2.& idem dixit gloss.in capitu.sans,xcvi. distin.
Generaliter tamen significat cuiuslibet sectę decreta,capitu.qui
de mensa.ibi,dogmata philosophorum,xxxvii.distinctio. & in
Authen.quomodo oportet Episcopos.in princi.hinc dogmati-
stes,qui alicuius dogmata sequuntur.Inquit enim Hieronymus
Apostoli interpres magis sui, quam dogmatistes. Interdictum,
37 ea lex † vocatur,quæ est simpliciter prohibitoria. Interdicere
enim est denunciare,& prohibere,§.exhibitoria . versicu. sunt
tamen. Institut.de interdic. hinc banniti dicuntur interdicti,
quia eis prohibitus est ad patriam regressus, ff. de interdic. &
relega.l.relegatorum, & l.nulli , C. de senten . hinc prohibitus
a lege de bonis suis disponere,dicitur bonis interdictus, lege is,
cui bonis,ff de verborum obligatio.hinc prohibitus postulare,
vel officium suum exercere , dicitur Interdictus officio, l. mo-
ris,per totam illam legem,ff de pœn.& l.fin.eodem titu. & In-
stitu.de suspect.tuto.§.si quis autem,cum similibus.Hinc prohi
bitio de non contrahendo matrimonium dicitur interdictum,
infra.de matrimonio contracto contra interdict.eccles.Hinc,p-
hibitio de non audiendo diuina,dicitur etiam interdictum eccle
siasticum,capitu.alma mater,& capitu. si sententia. de senten..
excommu.lib.6.capitu.quod in te,infra.de pœn.Vsus tamen ob
tinuit omnia iura restitutoria & exhibitoria etiam interdicta ap
pellari,quasi inter duos dicta,§.exhibitoria,Instit.de interdi. vbi
probatur quando norma loquendi est penes vsum , ut inquit
Horatius,& refert gloss.in lege,Labeo.ff.de supel.lega. Manda
38 tum † autem dicitur ius,quod consistit in moribus , secundum
Hostien. & Moder.hic. Tu dicas , quod omnia legum præce-
pta possunt dici mandata , sed in specie ea sola mandata dicū-
tur, quæ iudicibus traduntur circa modum gubernandi pro-
uinciam , ut probatur in Authentica, de mandat. Prin.in prin-
cip. vbi Iustinianus attestatur se composuisse librum manda-
torum, & ita declarat glos.ibi in rubrica.& ideo si Rector pro
uinciæ contrahat matrimonium cum subdita , dicitur contra-
xisse contra mandatum principis , l. & si contra mandata , vbi
etiam gloss.not.C. de nuptiis. Si uero tutor contrahat cum pu
pilla, dicitur contraxisse contra interdictum principis , C. de
interdict.matrimo.in rubro , & nigro . & declarat Odofredus
in lege,qui contra legum præcepta , vel contra mandata con-
stitutionesque principum , C.de incestis nup. vbi expresse pro-
batur mandatum differre a præcepto & a constitutione princi-
pis. Sunt & alia iura , quæ aliis nominibus vocitantur, vt Sena
tu consulta, prætorum edicta , plebiscita , prudentum respon-
sa: alia etiam uariis nominibus appellantur a conditoribus eo
rum , ut tertia distinct.per totum , & Instit.de iure natu. per to-
tum . Vltimo quærit Panormitanus hic , an scriptura sit de
39 substantia † legis , seu constitutionis ? quam quæstionem late
prosequuntur Moder . maxime Deci. Pro parte affirmatiua
adducuntur plura. Primo text.in lege, humanum,versicu. di-
ctari,C.de legi. Decius respondet,quod etiam dicitur dictari,
quod uiua voce profertur , l.dictantibus , C. de testamen . & l.
prima, C . de his , qui sibi ascrib. in testamen. Quidam hanc
solutionem non admittunt , quia ibi non solum dicitur le-
gem debere dictari , sed etiam recenseri , & recitari , quæ ver-
ba presupponunt necessariam esse scripturam , C. de emend.
Insti. Codi. ad finem & facit text.in lege prima , C. quemad-
modum testamen.aperian.& l.1. ff. de his, quæ pro non scrip.
haben. Sed certe etiam dicitur recitari, & recenseri , quod ore
exprimitur,iuxta Iuuenal.

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas?
Hic elegos,&c.

Et probatur in l.3.§. si quis noxali. & ibi gloss.in versiculo re-
censione,ad exhiben. Dubitandum tamen est,quia ista proce-
derent de plano , si ibi simpliciter diceretur legem debere di-
ctari,vel recitari , vel recenseri. Sed ibi dicitur, quod prius id,
quod legem exposcit , ab omnibus patribus examinandum
est.& si placuerit omnibus,debet forma legata dictari,& ea de
nuo collectis omnibus recenseri,& demum in sacro consisto-
rio recitari.pondera, quod prius præsupponitur placitum om-
nium patrum, postea ea forma quæ placuit , delegatur dictan-
da, ab aliquo postea recitanda, quæ dictatæ formæ recitatio
scripturam meo iudicio pręsupponit. & bene probatur in l.
secunda, ibi, testamentum dictasse, iuncta gloss. quæ exponit,
idest scripsisse, C.de his,qui sibi ascrib. in testament. & in l.sed
si maior. ibi , resignari testamentum & recitari, ff. quemad.
testament. aperian. & hic fuit intellectus Barto. in dicta lege
humanum , qui summat. lex hoc ordine fieri debet, prius exa-
minetur, deinde scribatur , postea recitetur. Ideo Decius for-
te sentiens difficultatem transit ad alias solutiones. Respon-
det ergo secundo loco,quod illa forma non est necessaria, se-
cundum Bar.ibi.sed tu aduerte,quia & si Bar.velit, quod vniuersa-
lis ordo,de quo ibi,non sit necessarius,non tamen Bar.vult to-
tum oppositum, si rectè intelligatur:nam Bar.opp.de legibus
Authenticorum,& respondet , quod ideo in illis iuribus non fuit
seruata forma dictæ l humanum , quia talis forma non est ne-
cessaria,sed ad beneplacitū,& sic Bar.loquitur de forma omis-
sa in iuribus Authenticorum , non de scriptura, quia constat
scripturæ formam in illis legibus non fuisse pretermissam. vn-
de aliter,& tertio,respondet Deci.quod in d.l.humanum,habe-
tur respectus ad communem obseruantiam, quæ est quod lex redi
gatur in scriptis,non quod scriptura sit necessaria. Sed tu conside-
ra , quod hęc solutio non videtur recipienda , tum quia diui-
nat , tum quia verba illius legis repugnant. non enim dixisset
Imperator, non aliter esse in posterum legem promulgandā,
si ad communem obseruantiam respectum habuisset. Imo
ideo scribendam esse , & recitandam iubet legem in consisto-
rio,vt cum summa maturitate & deliberatione fiat , vt sonant
illa verba legis. Secundo allegatur text. in §. constat , Institut.
de iure natu.gen. & ciui.vbi dicitur ius constare aut ex scripto,
aut non scripto. Pondera,quod constitutiones,& leges consi-
stunt in scriptura,& consuetudo in vsu & communi obseruan
tia,vt clarius probatur in §.ex non scripto,eodem titu.Ad idem
text.in capitulo, lex est constitutio scripta,& ca. mos est longa
consuetudo moribus tantummodo tracta. 1. distin. Ad idem
clarior text.in §.cum itaque,cap.consuetudo, ead.distinct. Ad
ista iura,& similia respondet Deci.quod in dictis iuribus distin
guitur ius scriptum ad differentiam consuetu. quæ est ius non
scriptum,non tamen sequitur, secundum eum, quod scriptura sit
de substantia legis.Sed tu aduerte,quod ius distinguitur in duas
species scriptum.s.& non scriptum.Ergo scriptura est,quę cau
sat hanc distinctionem,vt probatur expresse in §.& non inele-
ganter in duas species, & ca.Instit.de iure natu. gen.& ciui. Si
autem scriptura est, quæ hanc distinctionem facit , sequitur quod
scriptura est de substantia iuris scripti. Alioquin non essent
duæ species iuris , quia quæ differunt,specie differunt , substan-
tia,vt homo,& pecus, secundum Porphirium.& not. per glo.
in l.secunda,ff.si cer.pet.& probatur in l. tertia. § genera. ff de
acqui.posses. & ibi Ias. primo nota. Et si dixeris,vt dicit Deci.
quod lex , & consuetudo distinguuntur specie alia ratione,
quam scriptura : quia vna expressa , altera ex tacito consensu
populi inducitur : Respond. quod expressus consensus causa-
tur ex scriptura , tacitus causatur ab vsu.& ideo scriptura prin-
cipaliter contemplatur. vnde text.in dicto §. & non inelegan-
ter dicit ius distingui in duas species , propter scripturam , non
propter tacitum & expressum. Et cum Legislator expresse di-
cat , scripturam causare has duas species, impium est asserere
quod non sit scriptura, sed tacitus vel expressus consensus,
qui distinctionem facit. Secundo respondet idem Deci. quod
in dictis iuribus distinguitur ius scriptum a non scripto, ratio-
ne facilioris probationis, argum.l.contrahitur,ff.de pigno.Sed
certe lex non diceretur constitutio scripta ; nec distingueretur
tur prout diuersa species a consuetudine, si ad faciliorem pro-
bationem requireretur scriptura , quia maior & facilior pro-
batio, & minor probatio non faciunt rem differre specie, lege
fina. ff. de fun. instru.instrumentoque lega. Tertio respon-
det , quod differentia scripturę sit habito respectu ad commu-
nem contingentiam. Sed nec ista placet , quia ipse pręsup-
ponit , quod scriptura non causet differentiam specificam,
quod constat esse falsum , ut patet ex prædictis. Et quia tex. in
d. §. & non ineleganter, in fin.facit differentiam non respectu
commu-

communis contingentiæ, videlicet quia leges soleant cōmu-
niter redigi in scriptis: sed quia non aliter pro legibus haben-
tur, nec recipiuntur, nisi sint scriptæ. Plura alia iura pro hac par
te citantur per Moder. hic, quibus respondent Mod. sed quia
solutiones eorum remanent euacuatæ per prædicta, circa ea
40 aliter non insistam. Vlterius pro hac parte facit, quia lex † di-
citur a lego, legis. Ergo scriptura videtur necessaria, alias legi
non posset, l. 1. §. 1. ff. quemadmod. testa. aper. Ad istud respon-
det domin. Anton. de Butr. quòd lex non dicitur a lego, sed a
ligo, ligas: quia omnes ligat, capit. 1. J. eod. Sed tu aduerte quia
non ligat, nisi sit scripta & publicata, cap. ii. J. eo. & d. §. & non
ineleganter, in fi. & in Authen. ut factæ nouæ consti. in princi.
Ergo ad hoc, ut sit lex, & sic ut liget, necessaria est scriptura.
Quidam etiam allegant pro hac parte text. in l. prima, C. de
manda. Princip. arguendo de specie, i. de mandato, quod est
specialis constitutio, ut supra dictum est, ad genus idest, ad om
41 nem constitutionem. Sed certe argumentum † de specie ad
genus, non ualet quo ad positionem cæterarum specierum,
§. plebs autem, Institutio de iure natu. gent. & ciui. Imo, quod
ponitur de una specie, de aliis negatur, leg. quod Labeo, ff. de
compens. l. maritus, C. de procurat. nam quod uni speciei con-
uenit, non potest alteri conuenire: ut ratio, quæ adeo est ho-
minis propria, quod non possit conuenire brutis. Vnde text.
in d. lege. i. uolens necessariam esse scripturam in mandato
Principis, uidetur innuere scripturam non fore necessariam
in aliis constitutionibus, quæ specie differunt a mandato. Item
ille text. uidetur uelle, quòd scriptura sit tantum necessaria ad
probandum mandatum, dum dicit credendum non esse asse-
rentibus se nouisse cum mandans secretis, & sic scriptura non
requiritur ad essentiam mandati, sed ad probationem. Hinc est
quòd creditur Cardinalibus asserentibus, se habere mandatū
uiuæ uocis oraculo, cap. nobilissimus, ac vii. distinct. & traditur
per Mod. in capitu cum in iure peritus, J. de offi. delega. qui bus
non crederetur, si scriptura foret de substantia & essentia ip-
sius mandati. Et sic hic tex. admodum stringit pro parte nega-
tiua. Pro qua plura alia citantur iura. Et primo hic Panor. addu
cit tex. in cap. 1. de reoun. lib. 6. Sed hic tex. parum facit, secundū
Decium: quia & si mandetur, constitutionem, illā redigi in cor
pore aliarum constitutionum non tamen sequitur, ergo ante
scripta non erat, sed tm̄ sequitur ꝙ ante erat extrauagans. Scđo
idem Panormit. allegat tex. in § sed quod principi, Institut. de
iur. natu. & in l. 1. ff de constit. Princip. Sed intelligendo de uo-
luntate principis legitima, & seruata forma d. l. humanum, iste
tex. nihil faciet: & ita ad hunc tex. respondent And. Sicu. & De-
ci. hic post Bald. in l. de quibus, ff. de legib. Sed aduerte, quia sen
tentia Imperatoris uidetur ualere, etiam ꝙ non sit de scripti re
citatione probata, secundum gloss. in capitu. fin. de re iudic. lib.
sexto, & firmat Ang. in l. Princeps, ff. de leg. ubi allegat Innoc.
in c. causis, de re iudi. & sequitur Cur. qui alia adducit in consi-
lio. 66. column. v. intelligendo ergo illum tex. in uersic. cogno-
scens decreuit, de sententia Imperatoris, quæ uim legis habet,
l. fina. C. de legibus. constat legem sola uoce Imperatoris consti
tui posse. Et hoc modo ille tex. probabit. Est uerum, quod De
ci. hic sentiens difficultatem dicit, quòd si simplex sententia
principis, absque scriptura constituit ius inter partes, sed non
quo ad omnes, nisi redigatur in scriptis. Sed tamen hanc suam
distinctionem non probat. Tertio Panor. adducit text. in dicto
§. constat. Sed certe hic tex. facit pro contraria parte, ut supra
abunde dictum fuit. Quarto facit tex. in capitulo primo de iu-
reiuran. lib. vi. ibi, iura & consuetudines, scripta & non scripta.
Ergo sunt aliqua iura, quæ non sunt scripta. Sed ad aliud re-
spondet gl. ibi, quod iura non scripta sunt consuetudines. Ideo
gloss. dicit singula singulis esse referenda. Quinto facit text. in
ca. si quis, 1. quæstione vij. ibi, scriptam traditionem & non scri
ptam. sed dicas, quòd quatenus loquitur de traditione non scri
pta, intelligi debet de consuetudine, uel de traditione non re-
dacta in corpore iuris. Sexto facit tex. in capitulo. institutio-
nes. xxv. quæstione ij. ibi, siue quę scripto decreuimus, siue
44 quę in nostra pręsentia sancita sunt. Sed tu intelligas hunc
tex. loqui, uel de priuilegiis, quę non requirunt scripturam, se-
cundum gloss. in cle. dudum, §. nos etenim, de sepult. uel de sen
tentiis latis in eius pręsentia, quę principis conspectu ualidan-
tur, etiam quod scripto prolatę non fuerint, argu. l. omnium,
C. de testamen. & not. per gloss. in capitulo fi. in uerbo, illustriū,
de re iudic. libro. sexto Septimo allegatur tex. in leg. 2. §. nouis-
sime, ff. de orig. iur. Vbi dicitur, quod proprium ius ciuile est,
quod solum in interpretatione prudentum absque scripto cō
45 sistit. Ad istum tex. respondet Dec. quod loquitur ante data
responsa, & sic loquitur de iure, quod est in disputatione, & sic
in fieri, non de ipsis responsis datis & firmatis. quę responsio
mihi non sapit, tum quia ex contexto clare patet, quod author
loquitur de iure constituto non constituendo, tum quia
non potest dici proprium ius ciuile esse, quod nondum
est in esse, lege eius qui. ff. si cer. peta. nec enim potest esse qua-
litas sine subiecto, l. prima, ff. de vsufruc. vnde aliter potest re-
sponderi, quod illa verba, sine scripto, debent exponi, id est sine
decreto principis, ut exponitur in l. prætor, §. fina. ff. de eden. qua
si dicat, responsa prudentum, proprie dicuntur ius ciuile, quam-
uis decreto principis roborata non sint. Aliter etiam respon-
det gloss. ibi in versiculo, sine scripto, super qua responsione nō
me fundo, quia facile subuerti potest. Octauo facit tex. in dicta
l. secunda, § exactis, 1. vbi dicitur, quod leges duodecim tabul. re
dactæ sunt in tabulis eburneis per scripta, vt apertius percipe-
rentur Ergo requiritur scriptura ad maiorem notitiam, non ꝙ
scriptura sit de essentia legis. Sed tu aduerte, quod ille textus
42 probat oppositum, quia dicitur, quod leges † duodecim tabul.
fuerunt transmissæ a Græcia ad Romanos, qui illas in tab. ebur-
neis posuerunt. Ergo antea erant scriptæ, alioquin quali-
ter transmitti potuerunt, & qualiter transcribi in tabulis ebur-
neis? Sed aduerte, quia ille textus alia ratione videtur pro hac
parte bene facere, quia dicitur ibi, quod populus Romanus an
te legem duodecim tabul. vtebatur incerto iure, & incerta le-
ge. Ergo lex est incerta, & non scripta: nisi forte dixeris, quod
lex incerta non est simpliciter lex, capitulo erit autem, quarta,
distinctio. Nono facit, quia Dominus noster Iesus Christus
dedit nobis legem verbo, non scripto, Matt. quinto, Ego au-
tem dico, diligite inimicos uestros, &c. nam ipse docuit pa-
scendum populum verbo, dum dixit Petro, pasce oues meas,
&c. Facit tex. in Authenti. vt factæ nouæ. constitut. §. primo,
ibi, Paulo antequam lex scripta est, & adhuc ignorata. Et pro
hac sententia allegantur plura iura, quæ parum faciunt, ideo ea
☞ non refero, & hanc tenent *communiter* Docto. testibus Panor. in
capitulo primo, de postula. prælato. Felyn. & Moder. hic. Quid
tenendum? Bald. in dicta lege, humanum, distinguendo concor
dat hanc dissonantem citharam, vt non requiratur scriptura ad
43 essentiam legis, sed bene requiratur ad obligationem: nō † enim
lex ligat nisi sit scripta, secundum eum, quem sequuntur Felyn.
& Moder. hic. Sed ista distinctio non uidetur uera, tum quia
non est scriptura, quæ liget, sed scientia, & notitia ipsius legis;
tum quia potest legislator facere quod lex liget, etiam antequā
fuerit nota & publicata, secundum gloss. in clementina secunda,
de hæret. vnde tutius est tenere, quod scriptura non sit necessa-
ria ad essentiam legis, nec ad obligationem, sed ad faciliorem
probationem, iuxta l. contrahitur, ff. de pigno. nisi a principio
agatur, quod redigatur in scriptis, iuxta legem, contractus, C. de
fide instrumen. Sed an in dubio agi præsumatur, quod lex in scri
pturam redigatur? Ego crederem, quod sic, per text. in Auth.
ut factę nouæ constit. post earum insinuationes valeant, in ru-
bro, & nigro, vbi dicitur, nouas constitutiones ita demum vale-
re, si fuerint in scriptis notificatæ. Ergo scriptura videtur de sub
stantia; alioquin valeret lex antequam scripta foret, & hac ratio
ne ius scriptum distinguitur a iure non scripto, & ita procedunt
iura, quæ videntur exigere scripturam. Et hæc procedunt in le
gibus supremi principis, secus in legibus inferiorum, in quibus
scriptura videtur necessaria absolute, & indistinctè, quia infe-
riorum sententia non valet, nisi prius scribatur, capitu. fin. de re
iudica. lib. sexto, vnde non etiam debet ualere constitutio, se-
cundum Ioannem Andream in regula, nemo potest 1. de regu.
iur. in sexto Sed Andre. Sicu. hic illud non admittit, per text. in
capitu. 1. de iureiur. lib. sexto, ibi, scripta & non scripta, qui tex. ni
hil facit, si intelligamus illum tex. quatenus loquitur de iuribus
non scriptis, loqui de iuribus consuetudinariis, ut s. dictum fuit.
Mihi etiam non placet, quia non bene arguitur de sententia
ad constitutionem, quantum ad terminos nostros: nam in sen-
tentia requiritur scriptura, ne sit in potestate iudicis addere vel
detrahere suæ sententiæ; quæ ratio cessat in constitutione, quæ
potest tolli & ampliari pro arbitrio conditoris, l. finali, C. de le-
gi. l. eius est nolle, ff. de regulis iuris. & etiam hanc fallentiam
damnat Rota decisio. 246. constitutio, siue statutum canoni-
corum. Nec dicatur, vt quidam dicunt, quod attenta ratione p̄-
iudicij possent partes consentire, quod iudex sine scriptis possit
44 iudicare; quia respondetur, quod in † sententia requiritur solen
nitas scripturæ, ad euitandas iudicum fraudes principaliter; so-
lennitati autem inuentæ ad remouendas fraudes non possunt
partes renunciare, capitulo finali, de pac. lib. sexto, l. nemo po-
test, ff. de lega. 1. iuncta l. iubemus, C. de testamen. vnde non ua-
let pactum, quod iudex non possit syndicari, secundum Baldū,
in l. si seruus uetitus, ff. de lega. primo. Ange. & Imol. in l. si mo
ra, ff. soluto matrimonio, quia dolus de futuro remitti non po-
test. l. si unus, §. illud, ff de pac. Et eadem ratione dico, quod non
45 ualat pactum, † quod iudex possit ferre sñiam absque scriptu-
ra. Et ubi pactū ualeret, tūc standū esset sententiæ, non ut senten
tię, sed ut laudo, & cōuentioni, iuxta gl. in l. 2. C. commu. utri.
iu. Nec etiam dicatur, ꝙ Princeps non posset ferre sñiam absque
solemnitate scripturæ, cum non possit pręiudicare iuri, tertio
acquisito, l. fina. C. si contra ius, uel util. publ. cuius contrarium
conclu-

concluſum fuit ſupra quia reſpondetur, ꝙ in ipſa prolatione
ſententiæ non dicitur agi de prȩiudicio iuris acquiſiti, vt patet
de ſe. Et ibi diceretur agi de præiudicio iuris acquiſiti, cer-
te ageretur de prȩiudicio iuris acquiſiti facto ipſius Princi-
pis. quod conſtat Principem poſſe tollere, ut in terminis no-
ſtris firmat Bald. in fin. colum. penult. C. ſent. reſc. non poſſe.
Ang. in l. Anthiochenſium, ff. de priui. cred. & in l. Lucius, ff. de
euic. & late Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum, colum. 14 & ſeq.
infra eod. Dicetur fortaſſe, ad quid prodeſt huiuſmodi diſpu-
tatio? Reſpondetur ſeruire ad plura. Primo infertur, ꝙ ſi vo-
46 lumen † ſtatutorum deperderetur, poſſe tenor probari per
teſtes, & talis probatio habebit vim legis ſecundum Bald. in l.
1. §. fin. C. de cad. tollen. & Rot. deciſ. 146. ſub rubr. de conſt. de
eiſ. in nouis. Sed aduerte, quia illatio non bene ſequitur. nam
idem eſſet, ſi ſcriptura eſſet de ſubſtantia legis, adhuc probata
amiſſione poſſe tenor probari per teſtes, ſecundum glo. &
Bart. in l. ſicut iniquum, C. de fide inſtrum. & Pan. in cap. cum
olim, 1. poſt Inn. & alios, de priuileg. ¶ Secundo infertur, quòd
47 lex † obligat habentes notitiam ipſius, etiam quod nondum
ſit publicata, & in ſcriptis redacta, & ita tenet gloſſ. in cap. 2 in
ver. hactenus, de reb. ecc. non alı. libr. 6. & in cap. cum ſingula,
de præben. eod. lib. in ver. peruenerit. & facit tex. in cap propo-
ſuiſti, 82. diſt. & in capit. 1. infra de poſtul. præla. Quod facit ad
quæſtionem, quæ his proximis diebus fuit in facto. Reueren.
dom. Legatus moderatus eſt pretium bladorum, quod ob
maximam penuriam erat nimis exceſſiuum, & in dies auge-
batur. Quidam habentes notitiam huius moderationis, ven-
diderunt eorum blada longe maiori pretio ante, quam mode-
ratio publicaretur. Fuit quȩſitum, an emptori competeret
beneficium moderationis? Ego reſpondi quòd ſic per prȩdi-
cta, & ita decidit Bar. in l. contra, ff. de legibus, & in l. quero, ff.
de act. emp. Bald. in l. 1. C. de peri. & commo. rei vend. Barba.
& Fel. in c. 2. ꝟ. eo. Pau. de Caſt. in l. 1. §. fi. ff. de act. emp. Barb. con
ſil. 56 col. 2. lib. 2. & conſi. 66. col. 6. & ſeq. eo. lib. Tertio infer-
tur limitatio ad tex. in c. 1. de ſenten. excommu. lib. 6. vbi dicitur
48 quod excommunicatio non ligat, niſi ſit lata in † ſcriptis. nam
hoc verum eſt in excommunicatione lata per ſententiam iu-
dicis, non ſi per canonem, & conſtitutionem ſuperioris. ita fir-
mat Ioan. Andre. & Bald. in addi. Specu. titu. de lega. § finitur
verſicu. ſed pone legatus. Sequuntur Gem & Peruſi. in d. cap. 1.
Fel. & Mod. hic. Quarto infertur, quòd valeat gratia, & ſi ſcripta
ſignataque non ſit: quia ſicut ſcriptura non eſt de eſſentia le-
gis, ita non videtur de eſſentia gratię ſecundum Inno. in c. con-
ſtitutus, ꝟ. tit. 1. Rot. deciſ. xcvi. no. ꝙ reſeruationes in antiquis,
Bald. in d. l. humanum, in fi. & in l. fin. C. de commu. ſer. manu.
& in l. fin. C. ſenten. reſcin. non poſ. & probatur in capit. inſti-
tutiones. vbi gl. & Arch. 25. q. 2. & in cle. dudum. §. nos etenim,
de ſepult. & idem firmat Bald. in l. ſi qua per calumniam, col.
2. C. de epiſc & cleric. & in l. falſus, col. 8. C. de furt. in quibus lo
49 cis Bald. concludit, ꝙ Papa † ſolo verbo creat Epiſcopos & Ab-
bates. Et idem tenet Panot. in cap. in noſtra ad fin. infra titu. 1.
& in cap. tua, de his quæ fi. a præla. ſine conſen. capitu. Sic etiam
Imperator, & Papa ſolo verbo creant Doctores, ſecundū Ang.
in l. cum ſalutatus, c. de ſent. paſ. Alex. in add. in l. 1. C. de dig. lib.
50 10. hinc eſt, ꝙ mortuo Papa † ante confectas literas, non expi-
rat gratia, ſecundum Bald. in d. l. humanum, in fin. & Rota. de-
ci. 882. not. ꝙ ſi gratia, in antiquis, poſt Archid. in princ. lib. 6.
in verb. per Apoſtolica. ſcripta. Et ideo ſucceſſor ſolet in for-
ma rationi congrua concedere literas facientes mentionem de
gratia prȩdeceſſoris, ut hic per Fely Quod verum eſt in gratia
ſimpliciter conceſſa. Secus ſi per viam commiſſionis ſit alteri
mandatum quòd conferat, ſecundum Bald. in l. fin. col. 1. ff. de
conſti. Prin. & Old. conſ. 354. Factum tale eſt, col. 2. & ſequun-
tur Moder. hic. Hinc etiam ſequitur, quod beneficium vaca-
bit per mortem imperantis, etiam ſi contingat illum mori an
te confectas literas, vt not. Arch. in cap. ſi electus, de electioni. li.
6. & Io. And. in proœm. Sexti, & Rot. ubi ſ. Et ſi moriatur ca-
tra Romanam curiam per duas dietas, amplius beneficium non
erit reſeruandum, licet antea ea ſpeciali reſeruatione affectum
fuiſſet, ſm Rot. ibidem. Et ideo regulæ Cancellariæ, & cȩterę
conſtitutiones requirentes ſcripturam, quia exorbitant, ſunt
ſtrictiſſimè interpretandȩ ſm Rot. deciſi. 332. licet Romana,
in nouis. & ita etiam notatur Reſponſorum lib. 2. cap. 11. Licet
autem ſcriptura non requiratur ad ſubſtantiam gratiæ & priui
51 legij, requiritur tamen ad probationem. nec enim † p teſtes gra
tia probari pōt, ſm Bald. in d. l. humanum, & in l. idem Vlpia. in
fi. per illum tex. ff. de excuſ. tut. & in c. ꝯſtitutus, ꝟ. tit. 1. & Pan. in
c. qualiter, in prin. & in c. noſti, in vlt. no. de ele. Card. in ꝓę. Cle.
hinc eſt, ꝙ motus proprius non poteſt probari, niſi per ſcri-
pturam, ut no. in cap. ſi motu proprio, de præbend. libro 6. &
Rot. firmat deciſio. 331. nota, quod in capitul. ſi motu proprio,
in antiquis. Et probatur in extrauagan. iniunctæ, de electio. in
extrauagan. commu. Ex quo tollitur argumentum Decij di-
centis, quia non reperitur iure cautum, ꝙ hic caſus exigat ſcri
pturam, ſtatutum, eſſe regulę generali, ꝙ par virtus eſt teſtium,
& inſtrumentorum l. in exercendis, C. de fid. inſt. c. cum lo. eo. n. illud
52 tñ intelligo procedere in gratia † ꝯtius, ſecus in gratia ſm ius,
& eſt merito conceſſa, vt collatio beneficij facta benemerito
abſque diſpenſatione. hæc. n. poteſt teſtib. probari, ſm Bal. in c.
2. per illum tex. de reſt. ſp. & Rot. dec. 780. dic, ꝙ collatio, in an-
tiquis Hinc eſt, ꝙ poteſtas iudicum ordinariorum, vt ſunt Epi,
& eorum vicarii, prætores, & ſimiles, poteſt probari per teſtes
ſm Rot. dec. 57. valent acta, in nouis. & Dec. conſi. 169. col. 2. li-
cet poteſtas delegati ſit probanda per literas, l. 1. C. de manda.
Prin. Hinc eſt, ꝙ Doctoratus poteſt probari teſtibus, quia non
eſt gratia ꝯtius, ſi ſit digno collatus, vt per Pan. in c. cum in cun
ctis, in prin. ꝟ. de elect. Ita dicit Bal. in proœ. huius operis. Item
53 iſtud intelligo, niſi agatur de probando tenore † gratiæ ſemel
ſcriptæ, ſed caſu amiſſæ, vt ſ. dixi, & firmat Alex. conſi. 196. Vi-
ſo teſtamento dicti Franciſci, li. 2. Item licet non poſſit ꝓbari
totus gratiæ & priuilegij tenor, niſi per ſcripturam, poteſt tñ
probari per teſtes plus fuiſſe dictum, quā ſcriptum, & ꝯ. arg. l.
quoties, in 1. & 2. reſponſo, ff. de hæred. inſtitue. & firmat Rot.
dec. 332. licet Rom. curia, in nota. & hæc eſt ratio, quare prıori-
tas priuilegij poteſt teſtib. probari, ſm gl. in c. ſi a ſede. de pręb.
lib. 6. & in c. duob. in verb. apparet, de reſcrip. eo. lib. ¶ Vltimo
pro ampliori dote huius rub. quæro, an editio conſtitutionum
54 ſit † neceſſaria. Videtur ꝙ non, nam quantum ad iuſtos, & bo
nos, lex eſt fruſtratoria, nec eos ligat, ca. licet, ꝟ. de reg. iniquos
aūt, & inutiles ligat. ēt ſi a peccato retrahantur pœnæ formidi-
ne, quia non eſt bonum niſi voluntarium, c. 1. 15. q. 1. & iam nō
facit, ꝙ ex timore facit, c. qui ex timore, de reg. iu. extra. & qui in-
uitus benè agit, fruſtra pmium quȩrit, c. quam prȩpoſterum. 13.
q. 5. Secūdo, melior eſt iuſtitia animata, quam inanimata, quia
lex viua, & animata, q̄ eſt in Principe, & iudicibus, vt in Auth.
de Conſulib. §. nos vero, conſiderat varietatem temporum, &
ad illa ſenſum accommodat, c. non dēt, de conſan. & aff. & l. 2.
ff. de ꝯſt. Prin. Conſiderat æquitatem, quę ſcripto iuri anferen
da eſt. l. placuit. C. de iud. Iudices. n. æquitatem oculis pſpiciunt,
l. ſi Epheſi, ff. de eo, ꝙ certo loco. & cum æquitas ſeſe offert, no
eſt lex quærenda. l. 2. §. item Varus, ff. de acqua pluuia arcend.
immo æquitate ſuadente poteſt iudex a qualiber iuris regula
diſcedere, ſm gl. in Auth. vt ſine proh. ma. debi. in prin. in ver-
bo, exiſtimamus, per illum tex. & in l. qui res, §. aream, ff. de ſo-
lutio. facit tex. in c. ſcias, 7. q 1. traditur per Raph. & Iaſ. in l. ſi ter
tium, ff. de verb. obl. Ad iudicem ergo recurrendum potius vt
tāquam ad iuſtum, æquum, & animatum, vt inquit philoſoph.
Ethicor. 5. ꝙ etiam probatur ab experientia, quæ eſt rerū om-
nium magiſtra, clem. diſpendioſam, de iud. nam tempore Sa-
turni, quo omnia manu Regia gerebantur, l. 2. in prin. de ori-
gin. iur. cuncta florebant, ętas erat aurea, formoſiſſima tem-
pora, pax, quies, requies, & omne bonum. Sed iſtis & pluribus
alijs, quę adduci poſſunt, nonobſtantibus, conſtat legis editio-
nem fuiſſe & eſſe neceſſariam. Factę ſunt autem leges, vt hu-
mana coerceatur audacia, vt tuta ſit inter improbos innocen-
tia, l. 1. ff. de iuſti. & iure. c. factæ. 4. diſt. Ex quo conſtat, ꝙ non ſo
lum propter malos, a ſcelere retrahendos, ſed etiam propter
bonos defendendos editę fuerunt conſtitutiones. Habēt. n. in-
ſtituta maiorum ſuos modos, cauſas, rationes & vtilitates. hæc
. n. timentur, & mali coercentur, vt boni inter malos quietam
vitam agant, teſte diuo Hieronymo, tranſumptiue in c. nō fru
ſtra. 23. q. 5. & quanquam mali non mereantur, ſi pœnę for-
midine bene agant, attamen legis vigor perutilis eſt & neceſ-
ſarius, non vt mali cogantur benefacere, ſed vt male facere pro
hibeantur, teſte Aug. tranſumptiue in c. ad fidem, ead. cauſa, &
q. proditur enim lex, vt appetitus noxius ſub iuris regula limi-
tetur, vt ſ. in proœmio, & vt rudes & ſimplices animi, ad iuſti-
tiam inſtruantur, l. 1. in fi. C. de vete. iur. enucle. omnis enim ars
ſuis conſtat præceptis, l. 1. § eſt autem, ff. de iuſt. & iur. & omnis
ſcientia, teſte Apoſtolo ad Corinth. 3. vtilis eſt ad docendum,
erudiendum, arguendum, & corrigendum, & maxime iuris ſa-
pientia, quæ ſecundum Philoſoph. Ethic. 1. c. 2. docet quas ſciē-
tias in ciuitatib. eſſe, quales quemque diſcere, & quouſque opor
ter inſtituere, & quę cæteris actiuis vtitur ſcientiis, & quę inſti
tuit, quid agere, & quibus quiſque abſtinere debeat, cuius finis
cæterarum omnium facultatum continet fines. Ad illius ergo
cognitionem diſciplina opus eſt, ex qua fiunt optimi iuſtitię
rectores, & reipublicæ miniſtri, vt dicit Impera. in proœ. Inſt.
ad fi. Nec in arbitrio cuiuslibet conſiſtit ſcire, ꝙ ęquū ſit, quod-
que iniquum, l. 1. C. de legibus. nec vlli ęquum videri debet, ꝙ a
legis tramite aberrat, quia omnis ęquitas debet eſſe legib. in-
formata, ſecundum Pan. in c. ex parte in 3. not. de offi. de le. Con
55 ſcientia † . n. ſine ſententia inſipida eſt, & ſententia ſine ſcien
tia diabolica, teſte Bald. in l. hac lege, C. de ſent. ex breui reci. Et
ſi arbitrio iudicum cuncta non dirimentur, ꝙ hic ſtatueret, a-
lius deſtrueret, reſque ſine exitu forēt pp naturalem hominum

ad

ad diſſentiendum facilitatem, l. item ſi vnus, §. principaliter, ff. de arbit. c. quis diuerſitatem. ℑ. de conceſſ. ꝓb. & effrenata iudicum cupiditas omnia deuoraret, §. cogitatio, in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. Sanctius ergo fuit certã legem dare iudicib. vt inquit philoſ. 1. Eth. & B. Tho. in 1. & 2. q. ar. 1. vbi alias rationes adducunt, quas refert Flo. in rub. ff. finium regun. Et ſi Saturni temporib. diſcordia extra mundi terminos exularet, id non erat ex eo, q; ſine certa lege viueretur, ſed quia mundus tunc incipiebat adoleſcere, & quia frigida paruas præbebat ſpelunca domos, ignemque laremq;, & pecus & dominũ cõi clauderet vmbra. Nunc autem mundus decrepitus eſt, nunc aurea tecta, marmorea caſtra, mœnib. circumſeptę vrbes vix tutum domino præbẽt refugium. Ideo legum ſæueritas eſt perquam neceſſaria, cum in præcipitio ſtet omne vitium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

dat emptori libellum, & citationem.

164 *Protestationi incitatoriæ, vt detur, vel fiat id, ad quod protestatur tenetur facto alieno, non est parendum.*

166 *Emptor tenetur denunciare venditori etiam scienti litem motam, alias nõ poterit agere de euictione.*

167 *Receptio alicuius in canonicum ultra numerum, frãgit numerum præbendarum.*

168 *Redditium superexcrescentia, non frangit ipso iure numerum præbendarum.*

169 *Redditum superexcrescentia, nunquid ipso iure rumpat matrimonium de certo numero.*

170 *Canonia, & præbenda quid differant.*

171 *Præbenda an sit ius spirituale, uel temporale.*

172 *Præbendam an habere possit laicus in ecclesia.*

173 *Præbenda cum confertur, an censeatur collatus canonicatus.*

174 *Renunciatio beneficij facta cum protestatione, quod alteri conferatur: an valeat.*

180 *An præsumatur sciens se posse compelli actum facere metu, ne compellatur, uel sponte.*

181 *Compromissum factum inter duos agnatos, non præsumitur factum metu statuti prohibentis fieri compromissum.*

182 *Acquisita per industriam, non sunt conuertenda in præbendas pro nouis canonicis.*

184 *Præbendis formatis & non formandis accrescit augmentum alluuionis.*

185 *Recipere aliquem canonicum ad uacaturam præbendam, est contra Concilium Lateranense.*

186 *Recepti ultra numerum canonicorum, habent omnio iure canoniæ.*

190 *Collatio præbendæ facta alteri lite pendente inter Capitulum, & uniter receptum, non ualet.*

191 *Collatio præbendæ lite pendente, & alienatio possessionum, an ualeat.*

195 *Legatus non habet potestatem aduocandi causas ab ordinarijs.*

196 *Aduocatio causæ facta per Papam, operatur nullitatem postea gestorum per iudicem.*

198 *Auocasse censetur causam a manibus ordinarii Papa, eo ipso quòd causã alteri delegauit.*

199 *Processus super vna eademq; causa separatim factus, corã diuersis iudicibus parem iurisdictionem habentibus, an ualeat.*

Interpretatio c.cum M.Ferrariensis, De constitutionibus, Lib. 1. Decretal.

IN Dei nomine capio Hãc Decretalẽ, Cum M.Ferrariensis, sitam in tit.de Constitutionib. Quæ ſm Pan.hic, in princ. & col. 4. continet materiam protestationũ prolixam, subtilem, & periculosam, secundum Fel.col.26 ꝓfundissimã. Et secundum Doc. materia huius cap. versatur in magno pelago, & secundum Barb.est famosa, vtilis, & subtilis. Diuidit̃ communiter in tres partes, vt hic p Pan. Rursus prima subdiuiditur in tres particulas. In prima M. & socij, respondent statuto de certo numero canonicorum, vno modo. In secũda, quæ est ibi, Postmodum alio modo. In tertia, quæ est ibi: Et licet alio modo, concludendo fuisse denegatam sibi prouisionem præbendarum indebitè. Item secunda principalis subdiuiditur in tres partes. In prima, canonici rñdent primæ rõni allegatæ pro parte M. & sociorum. In secunda, quæ est ibi, Cum vna, rñdent secundæ rõni. In tertia, quæ est ibi, cumq. rñdent tertię rõni, concludẽdo iuridicè denegasse prouisionem facere de ꝑbenda dictis M. & socijs. Tertia et pars principalis subdiuiditur in tres partes, ſm Io. And. & alios. Sed ego subdiuido in quinq. partes. In prima papa confutat primum fundm̃ capituli de confirmatione. In secũda ibi, & idem canonici, Papa tollit aliud fundamentum capituli de protestatione. In tertia ibi, antiquis, cãm determinat. In quarta ibi, ita ꝙ determinationem declarat. In quinta ibi, reuocatis, &c. mandat attenta lite pendente reuocari. Ad euidentiam præmitto duo. Primò, ꝙ in ecclesijs collegiatis uariæ hñr consuetudines circa determinationem canonicatuum, & præbendarum, de quibus hic p d. Ant. & per Pan. in c.dilectus filius, infra de ꝑb. & in tex. in c.si. de concessio.præb. lib 6. Secundo præmitto, ꝙ eo ipso, ꝙ quis hẽt canoniam, per ꝯñs & præbendam hr̃e dẽt, c. relatum, & c.dilectus, in fi. J. de præben. & c.cum super, J. de concess. præb. cum suis concordan. Nascitur. n. ꝑbenda ex canonia, vt dicetur inf. post gl. in verbo receperunt. & traditur per Host. in summa, de præb. §.1. per Mod. in rub. de præb. Nota primo iuxta ordinem literę ibi, cum M. Ferrarien. iuncta superscriptione,
1 ibi, Clugien. ẽpo ꝙ de iure isto † poterat committi cã ultra duas dietas extra diœcesim, etiam ꝙ actor & reus essent eiusdem fori. Ita no. istum tex. d. Anton. & Mod. hic. Immo iure isto poterat committi extra prouinciam, ca. olim, inf. de iuiu. secundum eos. Hodie vero seruari debet dispositio c.nonnulli. inf. de resc. & c.statutum. §. primo, eod tit. in 6. Aduerte, quia illud notabile non uidetur bene colligi ex isto text. Nam, vt patet ex illis verbis. & inf. Resecata fuit series huius Decretal. Vnde non possumus arguere, quòd commissio huius causę fuerit facta episcopo Clugien. absque expressa derogatione, cum resecata fuerit forma commissionis, argumen. l. si is, qui testamentum. ff. de testam. & l. fin. ubi Bald. ff. de liber. & posthum. Secundo aduerte, dum dicunt, quòd isto iure poterat etiam committi causa extra prouinciam, per tex. in d.cap.olim. quia istud uidetur mihi contra tex. in cap. neminem. 3 q.6. & ibi expresse glo. not. illum text. ad hoc. Ad tex. in d.cap.olim, ubi populus Florentinus trahitur coram episcopo Bononien. potest responden, quòd papa præsumitur habere scientiam, in qua prouincia suot illæ ciuitates multum vulgares, & famosę; vnde simpliciter committendo causam in ciuitate tam vulgari, & famosa, extra prouinciam actoris & rei, uidetur derogare dispositioni d.cap. neminem. ita in proprijs terminis respondet Fel. in cap. fin. colum. 1. J. de iud. per vnum vulgatissimum dictum Bald. in l. 2. in fina. C. quę sit long. consue. Quod ornat idem Fel. in cap. super literis, in versi. tertia regula, J. de rescr. & c.1 in 3. amplia. de re iud. Considera tamen, ꝙ ista solutio non procederet, quando commissio fieret extra prouinciam, & ultra duas dietas. Nam tunc non sufficeret certa scientia, eo quia dispositio cap. nonnulli, habet clausulam derogatoriam ad futura rescripta. Ideo necessaria est specialis derogatio, secundum gloss. in l. 1 in verbo, relinquat, C. de pet. bono. subla. lib. x. c. porrecta, de confirma. uti. vel inuti. Panormit. in d. ca. nonnulli, colum. 3. & ibi Fel. colum. 17. & per Curt. latè consil. 50. colum. 16. & consil. 66. columna secunda, & sequ. ¶ Not. secundo ibi, cum M. quòd in rescriptis sufficit exprimere primã
2 † literam nominis proprij. Ita notant Barb. & Moder. concordant plura iura, maximè tex. in capitu. P. & G. de offi. deleg. Ego credo, quòd istud notabile non benè probetur aliquo iure, ut supra dixi, fuit compilator operis, qui resecauit antiquas Decretales, ubi erant omnia extense scripta, & soluit appoluit primã literam, vt deduceret casũ ad breuitatem ſm Ioan. And. supra in procemio, & in c.nobis, de iurepatr. Videtur tamen, quòd notabile sit in se verum, respectu nominis Imperatoris. Nã eius ęquiuocatio non vitiat rescriptum, cap. fin. inf. de rescri. Ratio est, quia ille, qui habet rescriptum penes se, ratione possessionis, præsumitur impetrasse, argu. glo. in l. fin. C. de pac. conuen. & eius, quod decidit Bald. in l. si qua per calumniam, in fine. C. de episcop. & cler. Quod dictum commendat, & exornat Fel. in cap. coram, colum. 3. de offic. delega. & in ca. 2. colum. 8. infra de test. De quo uide Rotam in titu. de rescr. decis. 133. in nouis, quæ vult errorem nominis rei non uitiare rescriptum, si aliter fieri possit. ¶ An autem istud notabile procedat respectu reorum, contra quos fit impetratio? uidetur, quòd sic per text. in capitulo cum in multis, de rescript. libro 6. Et ita tenet Specu. in ti. de citatio. §. 1. versic. Quid si impetro. Quia spectat ad impetrãtem declarare suum rescriptum ambiguum, sicut etiam spectat ad eum declarare suum libellum incertum, l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. ¶ An autem procedat istud notabile re-
3 spectu † iudicum, ut sufficiat exprimere primam literam nominum ipsorum delegatorum? Vin. & Comp. in dict. capitu. fin. uolunt, quod sic. Quia dicunt, quòd æquiuocatio delegatorum non vitiat rescriptum, sed impetrans declarabit, de quibus iudicibus rescriptum loquatur. sequitur Barb. hic. Vltra quem adde, quod gloss. in capitu. quoniam Abbas, de offic. deleg. in simili quęstione istud affirmare videtur. Sed isto ultimo casu teneo contrarium, quia non ualet rescriptum, per quod incerti iudices dantur, cap. ad hęc, infra de rescrip. Nec obst. quod incertitudo impetrantium non uitiat, quia talis incertitudo certificatur præsumptione iuris, ut supra dixi. Non obst. etiam, quod incertitudo reorum non uitiet rescriptum, quia talis incertitudo consistit in facto impetrantis: merito ad ipsum spectat declaratio, d. l. si quis intentione ambigua. Sed incertitudo delegatorũ procedit ex facto Papæ, seu principis: merito ad ipsum spectabit declaratio, & antea rescriptum nullum effectum habebit, capitul. inter alia, de senten. excommun. l. ex facto, ff. de vulga. & pupill. substit. Præterea sub tali æquiuoca impetratione iudicum, potest machinari fraus, non ita sub æquiuoca, & incerta impetratione, respectu eorum conueniendorum. Et quòd ad Papam, seu principem sit recurrendum, tenent Panormitan. & alij *communiter* in d.ca. quoniam Abbas. Card. in clemen. & si principalis, in 4. q. de rescript. ¶ Vltimo adde, quod hodie secundum
4 consuetudinem Romanæ curiæ nomina † reorum possunt scribi abbreuiatè per vnam literam, sed nomina impetrantium debent scribi extensè; & prima litera debet esse capitanea, & grossa, secundum Arch. in summa. 25. quæst. 2. & Specu. tit. de rescr. c. præsentia, §. primo igitur, versi. & quoniam ex forma. & hoc ut tollatur falsitas, quæ fieri posset, argu. text. in l. 2. §. pen. C. de veter. iur. enucl. Et generaliter euitanda est periculosa breuitura, secundum Fel. in cap. 1. col. 5. de fid. instr. ubi quærit, an uitiet instrumentum, de quo etiam per Alex. in cons. 152. lib. 2. ¶ No. tertio ibi Ferrariensis, ſm expositionem Doctorum, quod idẽ est

5 est dicere. † Ferrariensis, quod de Ferraria. ad idem tex. in l. sed
& reprobari, §. amplius, versicu. apud Comanenses, idest de Co-
manea, ff. de excus. tuto. & in l. prima. ff. ad municip. ubi Campa
nus, idem importat, quod de Campania, l. prima, C. ad municip.
& orig. libr. 10. vbi Bartol. idem dicit esse Perusinum, quod de
Perusio. & ibi Ang. infert ad quæst. si sint concessę represaliæ cō
tra Auenionenses, non poterunt capi hic habitantes, qui non
sunt de Auenione, de qua quæstio. uideatis Barto. in tractatu re
pręsaliarum, in 3. questio. 7. quæstio. princ. Et latius per Alexan.
6 & Mod. in rub ff. solu. matrimo. † Scias etiam, quòd ciuitas Fer
rariæ est de patrimonio beati Petri; secundum gloss. in Authen.
vt eccle. Roma. cen. annor. gaud. ad fin. in versicu Petri. quam ad
hoc ponderant Alexand. consi. 67. Consideratis his colum. fina.
libro 1. & Barb. hic. nescio autem, an Iurisconsultus in l. defun-
cta, ff. de vsufruct. faciens mentionem de agro Ferrariorum, in-
tellexerit de agro Ferrariensi. Hæc ciuitas inter cætera ornamē-
ta, decoratur scientia, doctrina, & copia Felini Sandei, qui ex
Ferraria originem traxit, ut ipse attestatur in capi. Rodulphus.
colum. 9. infra de relcript. & etiam canonicus erat huius eccle-
siæ, ut ipse asserit in princip. Nota quarto ibi, pro se, & socijs,
7 quod ista dictio, pro, † exponitur aliquando, i. nomine. Vnde
idem est dicere, agit pro se, & socijs, quod nomine suo, & so-
ciorum. Ad idem tex. in cap. sua, de appellar. in l. fideicommissa.
§. interdum, ff. de lega. 3. i l. dominus Sticho, ff de pecul. legat.
cum alijs concord. quę possunt adduci. Et tripliciter dicitur quia
pro alio agere, ut per Salyc. in l. secunda. in princip. C. qui accu-
sar. non poss. Et ex hac expositione potest inferri ad quæstio-
nem. Aliquis recepit a te mille pro Titio, an ex tali receptione
oriatur actio Titio? de qua quęstio. per Cor. consi. 169. Licet in
hac, lib. primo. Et idem est dicere promitto pro tali, quod nomi
ne talis, ut not. in l. si insulam, ff. de verborum oblig. Cor. consil.
177. In hac re, colum. 3. libro secundo. Aliquando tamen dictio,
pro, exponitur, idest loco, l. soluitur, §. penultim. vbi gloss. ff qui
bus mod. pig. vel hypo soluitur. Aliquando improprietatem de
monstrat, l. prima, ff de suis, & leg. in principio, ibi, sed hos quo-
que pro intestatis habere conuenit. & ibi Bartol. & l. 1. ff. de eo,
qui pro tuto. Aliquando ordinem, & distinctionem persona-
rum designat, vt auus, & proauus: nepos, & pronepos. Bartol. in
l. Gallus, §. instituens, & Ias. columna 3 ff de liber. & posthum.
Aliquando importat causam fina. vt si dixero, lego decem pro
alimentis, idest causa alimentorum, leg. penult. §. final. ff de ali-
men. lega. Per quem text. ualde dubito de eo, quod decidit Cor
ne. consil. 187. Circa hanc consultationem, columna penul. lib.
secundo. vbi decidit, quòd si testator dederit uxori ususfructua-
riæ facultatem alienandi res hęreditarias pro necessitatib. suis,
quod illa potest alienare dato quod nō egeat, quia dictio, pro,
facit modum, & non conditionem, secundum Bartol. in leg. qui
bus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonstra. vnde sat est,
quod vxor alienet, vt sibi prouideat pro uictu, & vestitu, licet
possit sibi aliunde prouidere. Ista decisio non videtur vera, quia
illa dictio, pro necessitatibus, debet intelligi, idest causa necessi-
tatis. Preterea, esto quòd importaret modum, non tamen for-
maliter, prout uoluit testator, impletur modus, si alienatio fiat
pro victu, & vestitu, de quo poterat sibi aliunde prouidere, a-
lioquin dicendum esset, quod uxori simpliciter fuerit concessa
alienandi facultas. Quam certè facultatem, noluit testator con-
cedere, sed solum in casu necessitatis. Reperio etiam Deci. con-
silio quadragesimosexto. Viso puncto. dicentem quod dictio,
pro, importat causam finalem, si adijciatur causę de futuro, ut
in dicta l. penultima. secus si adijciatur causæ de præterito, quia
tunc etiam quod talis causa non sit vera, tamen dispositio susti-
netur, eo, quia talis causa non dicitur fina. Et infert propterea,
quod si testator prælegauerit fundum alicui pro compensatio
ne centum aureorum, quos aliàs coheres habuit super monte
salis, quod tale pręlegatum debebitur, etiam quòd alius nihil ha
buerit, per text. in leg. si ita legatum, 1. & leg demonstratio, §.
quod autem, ff. de conditione, & demonstratione. Aliquando si
gnificat modum, leg. Lucius, 2. § a te peto, ff. de leg secundo. vbi
Bartol. infert ad quæstionem. An legatum factum alicui pro
passagio terrę Sanctę, debeatur statim pręstita cautione de mo
do implendo, an debeat expectari quando fiet transitus genera-
lis? de qua q per Imo. consilio 113 columna penult. & similem
quæstionem format Corne. consilio trigesimosecundo. Licet,
colum. 3. libr. quarto. vbi vult legatum factum pro dote, deberi
statim. Habet & ista dictio, pro, alias significationes, de quibus
per Archid. in capitu Agathu, 64. distinctio. & per Albet. in Di-
ctionario. versic. pro. Not. quinto ex eiusdem verbis, iuncta glos.
quod agens pro tali, si sit procurator, intelligitur agere procura
8 torio † nomine, licèt non exprimatur nomen officii. ad idem fa
cit text. in leg. post mortem, §. fina. ff. quando ex fac. tuto. de quo
dic, ut per Barto. in l. prima, §. nunciatio, ff. de noui oper. nunc.
& in l. qui in aliena, §. si is qui, ff. de acquirend. hæredita. ¶ Not.
9 sexto ibi, & socii, quod consortes † eiusdem litis, dicuntur so-
cij propter communem litem, sic & ementes rem commu-
ni nomine dicuntur socij, secundum Barto. in l. Titium & Me
uium, §. altero, ff de administra. tuto. & in l. 2. §. 1. communi di
uidun. Ita not. Deci. hic intelligens istud esse verum impro-
priè. vel propriè, si sit actum, quod ementes rem communi no
mine sint socij, vt per Aret. in l. ea duobus, 2. colum. 7. & seq.
ff. de duob. reis. Roma. consil. 291. in primo dubio. Proprie au-
tem non dicuntur socii, §. item si inter aliquos, Institu. de obli
ga. quæ ex qua. contra. l. vt sit, ff. pro socio. tradit Alex. consil.
40. Prospectis verbis, ad fin. libr. 1 ¶ Tu vero considera, quod
istud notabile non videtur bene colligi ex isto tex. quia appel-
lantur hic socii, non propter litis consortium, sed propter con
canonicatus. dicuntur enim concanonici inter se socii, capitu.
cum R. canonicus, inf de offic. delegat. Circa ista verba, pro se,
& sociis: Aduerte etiam, quia videtur quod male ageret M.
pro se, id est, nomine suo, quia prælatus siue agat petitorio,
10 siue possessorio, debet agere nomine ecclesiæ, † non nomine
proprio, c. querelam, J. de elect. c. primo, de cau. poss. & propri.
tradunt Doct. in c. fi. ne pl. vi. suas. Præceptor meus respōdebat,
aliud in prælato habente administrationem, quia is agit nomi-
ne ecclesiæ, aliud in canonicis, qui non habent administratio-
